

7
3-C
70

7
1 B
30

7-3. C.70

Digitized by Google


Digitized by Google

DE VARIO BONONIAE STATV
AB EA CONDITA VSQ. AD ANNVM M.D.C.XXV

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BARTHOLOMÆVS DVLCINVS AB HISTORICIS CONQVISIVIT ET IN HVNC CONTEXTVM REDEGIT

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



DE VARIO
BONONIAE
STATV

Ab ea condita vsq; ad annum 1625.

BARTHOLOMAEVS
DVLCINVS,

AB HISTORICIS CONQVISIVIT

Et in hunc contextum redegit.







BONONIAE, M. DC. XXVI.

Apud Hæredes Ioannis Rossij. Superiorum permissu.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE VARIO BONONIAE STATV

Ab ea condita vsq; ad annum 1625.

BARTHOLOMAEVS DVLCINVS,

AB HISTORICIS CONQVISIVIT

Et in hunc contextum redegit.







BONONIAE, M. DC. XXVI.
Apud Hæredes Ioannis Rossij. Superiorum permissu.

Digitized by Google

Digitized by Google

VRBANO OCTAVO PONTIFICI

Optimo Maximo.



XILES historiarum fauos in dulci patriæ alueario apicula elaboraui Hos Beatissime Pater, ad Vrbanitatis tuæ cōspectum adu. issus primordijs labijs degustandos porrexi. Diu intra studioli mei cancellos neglecti, tanquam pubescentis vel partus, vel labor ætatis. tua benignitate cōniuente, fidenter nescio, an audacter, ad sanctissimos pedes reuertuntur. Variæ statuum mutationes, multi principatuum ortus, multiq; interitus vti coronæ tibi variæ in vnum confluunt regnum, ac sacrum irradiant caput, in vnam tandem conuenere stabilitatem, atq; in Ecclesiæ sinu feliciter conquiescunt. Dum igitur

Digitized by Google

igitur præteritorum temporum monumenta euoluo, Italicarum, nostrarumq; rerum inconstantia occurrit: tuo firmandam auspicio intendo, nostrarumq; rerum summam summo rerum custodi dicandam non indecorum putaui. Oestrorum pungentia spicula fugiens ad Apum regem confugio. Absit igitur inuidorum aculeus, atq; in his mutationibus perlustrandis inuidos mutent animos. Tu vero Beatissime Pater, qui olim hanc patriam gubernando sapientissime rexisti, nuncq; sanctissime imperando custodis, eiusdem Vrbis dum sanctissimis subnititur pedibus, motus, ac status legendo dilige, meq; paterno, quo dignaris affectu, complectere.

Sanctitatis tuæ

Humillimus, & addictissimus seruus

Bartholomaeus Dulcinus Canonicus Bononiensis.

Digitized by Google

D. Io. Petrus Moneta pro Illustrissimo
Card. Archiepisc.

Imprimatur
F. Hieron Onuphr. pro Reuerendiss.
P. Inquisit. Bonon.

Digitized by Google

igitur præteritorum temporum monumenta euoluo, Italicarum, noſtrarumq; rerum inconſtantia occurrit: tuo firmandam auſpicio intendo, noſtrarumq; rerum ſummam ſummo rerum cuſtodi dicandam non indecorum putaui. Oeſtrorum pungentia ſpicula fugiens ad Apum regem confugio. Abſit igitur inuidorum aculeus, atq; in his mutationibus perluſtrandis inuidos mutent animos. Tu vero Beatiſſime Pater, qui olim hanc patriam gubernando ſapientiſſime rexiſti, nuncq; ſanctiſſime imperando cuſtodis, eiuſdem Vrbis dum ſanctiſſimis ſubnititur pedibus, motus, ac ſtatus legendo dilige, meq; paterno, quo dignaris affectu, complectere.

Sanctitatis tuæ

Humillimus, & addictiſſimus ſeruus

Bartholomæus Dulcinus Canonicus Bononienſis.

Digitized by Google

D. Io. Petrus Moneta pro Illustrissimo
Card. Archiepisc.

Imprimatur

F. Hieron Onuphr. pro Reuerendiss.
P. Inquisit. Bonon.

Digitized by Google

igitur præteritorum temporum monumenta euoluo, Italicarum, nostrarumq; rerum inconstantia occurrit: tuo firmandam auspicio intendo, nostrarumq; rerum summam summo rerum custodi dicandam non indecorum putaui. Oestrorum pungentia spicula fugiens ad Apum regem confugio. Absit igitur inuidorum aculeus, atq; in his mutationibus perlustrandis inuidos mutent animos. Tu vero Beatissime Pater, qui olim hanc patriam gubernando sapientissime rexisti, nuncq; sanctissime imperando custodis, eiusdem Vrbis dum sanctissimis subnititur pedibus, motus, ac status legendo dilige, meq; paterno, quo dignaris affectu, complectere.

Sanctitatis tuæ

Humillimus, & addictissimus seruus

Bartholomæus Dulcinus Canonicus Bononiensis.

Digitized by Google

D. Io. Petrus Moneta pro Illustrissimo
Card. Archiepisc.

Imprimatur
F. Hieron Onuphr. pro Reuerendiss.
P. Inquisit. Bonon.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE VARIO BONONIÆ STATV,

Ab ea condita vſq; ad annum. 1625.





RBEM Bononiam à principio Etruſci Reges habuere ante Romam conditam, annos centum amplius Etruſcorum vetuſtiſſimus rex Felſinus condidit; ab eo Regiæ maieſtatis ſplendore decorata, Felſina vocitari cœpta eſt. Inde à Bono Felſinum ſecuto Bononia dicta. Etruſcos enim multarum coloniarum authores, & ſolos in Italia vetuſtiſſimos, ac aureo ſeculo natos ſatis cōpertum eſt, à quibus aras, ritus, diuinationes, colonias, & diſciplinas priſcam habuiſſe Italiam, clariorum conſen-

ſu virorum maxime elucet initio ſumpto à prima eorũ Tetrapoli dicta Etruria, á quibus illos Romani Etruſcos cognominarunt.

Vigebat in eis ſummum atq; honeſtum illud in regibus ſtudium, fines Imperij tueri magis quam proferre, ideo non tam latis adiungendis regionibus imperia propagare, quam deſertas regiones nouis oppidis augere illis mos fuit, vnde Claternam, ac Fauētiam conſtruxere. Hos ad regale faſtigium non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat, & cũ populi nullis legib⁹ tenerētur, eorũ arbitria pro legibus erāt.

Anno ab Roma condita. CL.

Sub horum igitur ac ſucceſſorum Etruriæ regum paterno regimine permanſit Bononia, quouſq; Galli nouas quęrētes ſedes, alijs, atq; alijs itineribus patefactis, regnante Romæ Tarquinio Priſco, cœpere alpes traijcere pernitioſo Nini Aſſyriorum regis exemplo, qui veterem, & quaſi auitum gentibus morem, quo intra ſuam cuiq; patriam regna finiebantur, noua Imperij cupiditate mutauit. Tunc enim à Gallis Boijs pulſis inde

Etruſcis

Digitized by Google

Etruſcis eſt occupata. Quorum poteſtas tan diu valuit, quandiu Romani domitis proximis, cum acceſſione virium fortiores ad alios tranſiere, & proximis victorijs vſi ſunt pro inſtrumento ſequentium. Id enim temporis à Marco Marcello conſule domiti ſunt, multisq; inde prælijs deuicti, P. Naſicæ conſuli deditioné fecerunt, ac ſedibus iã à P. Dolabella conſule pulſi, funditus interierunt. Iuſto di- CDLXX.
uinæ prouidentiæ iudicio, vt qui aliorum fines vſurpando, & populos ſibi non moleſtos & ad reſiſtendum rudes ſola regni cupiditate conterendo grande latrocinium commiſit, videat à ſe regiè ablata in triumphis deferri.

Victis, ac profligatis bello Gallis, totaq; regione hac in Prouinciæ formam Togatæ Galliæ indicto nomine redacta, ad eam regendam quotannis prætorem cum Imperio miſere Romani, qui ius diceret, & conuentus haberet, conuentui vero agendo ipſa eſt deſtinata Rauenna maritimam ipſius loci commoditatem ſecuti, eodemq; tempore Bono-

niam colonia primum deducta est, quare
DLXIV. ciuibus in hunc modum referta Romanis,
latino vti sermone & ipsa cœpit, atq; ita Bo-
nonienses quoq; ciues Romani effecti (quo
nihil florente re Romana insignius habeba-
tur) & quantum ex veteribus colligi monu-
mentis potest, maiorumq; firmauit auctori-
DCLIV. tas in Stellatinam tribum ascripti.

Interea vero dum Bononia populo Ro-
mano coloniæ retento nomine subie-
cta est, libera quidem, sed vectigalis per-
inde ac reliqua Italia fuit, ab hostibus tamen
quieta, nisi quatenus bellis ciuilibus Roma-
nis vniuersa regio fuit infesta, vt Syllæ, &
Marij, Catuli, & Lepidi, & quod omnium cla
rissimum fuit, post necem Cęsaris D. Bruti, &
Marci Antonij. In his tamen rerum pertur-
bationibus, eo se non minimo sustentare so-
latio Bononia potuit, quod nobilissimo triũ
virum Reipublicæ constituendæ colloquio
est insignita, in quo M. Lepidus, M. Anto-
nius, & C. Cæsar Octauianus Romani Impe-
rij prouincias inter se diuiserunt, quod in In-
sula

ſula Lauinij amnis factum eſſe ſcribit Appianus, & Dio. Qui fluuius ex proximis Apenini collibus, AEmilia via quinq; millia paſſuum ab vrbe diſſecta, in Rhenum delabitur. Quin etiam cum Trium viri veteranos milites in colonias deducerent, præter cæteras Bononiam deduxit Antonius. Itaq; quod Bononienſes pro clientelæ iure officia omnia deberent Antonio; Cæſar poſtremum illi bellum illaturus, Bononieſibus (Suetonio teſte) publicè gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis. Atq; eo quidem pacto res Bononienſium ſe ſe habebant, dum libera Romana Reſpublica fuit, vſq; ad annum Vrbis 722. quo C. Octauianus deuicto ad Actium Antonio, Imperio præeſſe Romano Imperatoris, atq; Augusti nomine ſumpto, incœpit. Re igitur Romana ad Auguſtum Imperatorem, ac ſucceſſores eius traducta, cum totam Italiam in x i. regiones diuideret, octauam Galliam Ciſpadanam vocauit, eamq; in duas regiunculas AEmiliam, & Flaminiam à Placentia Bononiam, à Bononia DCC XXII.
Arimi

Ariminium vsq; distribuit, Metropoli Rauenna relicta, ad quam etiam Classem ad Superi maris tutelam collocauit, & Aemiliam viam ab Arimino Bononiam, à Bononia Placentiam vsq; perduxit.

Quin etiam populis, qui cum Antonio senserat, deletis, & oppida, & agros eorum militibus, qui sub se, & Lepido, Antonioq; meruerant, assignauit, atq; ex ijs colonias duodetriginta constituit. Ex quibus vna, teste Plinio, Bononia fuit. Quas operibus, ac vectigalibus publicis multis modis auxit, tum iure, ac dignatione Vrbi quodammodo pro parte aliqua adæquauit, excogitato

DCC XXII.

scilicet genere suffragiorum, quæ de Magistratibus vrbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent, vt sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. Italiam porro administrandam consulibus, & Prætoribus tribuit; & omni onere tributorum leuauit.

Hanc autem tum Italiæ, tum Imperij totius Romani tranquillitatem, Annumq; 41.

eius Imperij, Christi ortus mire auxit, illustrauitq; cum in censu Romani Orbis octauo Calendas Ianuarij, Cn. Cornelio Lentulo, & M. Valerio Messalino consulibus, ab Vrbe condita septingentesimo quinquagesimo primo. Olympiadis centesimo nonagesimo quarto anno secundo Bethlehē paruo in oppido in lucem ex Maria Virgine fuerit editus immortalis Deus, mortali carne vestitus, vt genus humanum, primi parentis scelere funestatum, mortuumq; suo mactato corpore ab interitu liberaret. Sub hac igitur Romani Imperij felicitate Bononia perstitit, quousq; ipsi dignitate, & armis Italiam ab exterarum gentium incursionibus tueri valuere.

Anno à Christo nato. 1.

34

Per quæ tempora ab externis armis quiescente Italia, non tamen obscura fuit Bononiæ memoria, nam magis Neronis tunc probi, ac summæ spei adolescentis eloquentia, ac laude, & mirifica Claudij Imperatoris benignitate claruit, qui pro ea restituenda clarissimorum testimonio virorum centies sestertium ipsius rogatu elargitus est, quam incen- 68

dio

dio quo conflagrauerat, & carbonibus quibus denigrata fuerat. Et quod summos oratores, eximiosque poetas clara dicendi suauitate insignes tulerit, pręcipuaque soli feracitate, ac lapidum specularium præstantia fuerit celebrata, quam quod præsentia Vitellij Imperatoris immanissimæ volup
70 tatis ludorum Circensium sit nobilitata feruore, sed clarissima ex eo euasit, quod Sacra iam aqua, ad abluenda crimina, fruendamq; simul sempiterni auram æui absterſa, in recta Christianæ religionis ascitæ disciplina prælu
284 xit, purpureoq; etiam nobilissimorum Marti rum illustrata splendore.

Verum post Romani Imperij fractas opes, cum Roma Gothorum irruptione, agentium sub Rege Alarico impetu magnæ cladis sit euersa, simulq; Italia, & pręcipue pars hæc cui Galliæ Togatæ nomen inditum est, Gothicæ ac Longobardicæ dominationis rabiem, ac sęuitiam sit passa. Ita Bononia regionis infelicitate tracta, in horum ditionem Barbaro-
401 rum peruenit. Harum autem calamitatum

initium

initium annus Chriſti quadringenteſimus
primus attulit, eo enim anno Radagaſus Viſi
gothorum Rex homo omnium immaniſſi-
mus, cum ducentis armatorum millibus in
Italiam repentino incurſu irrupit, verum à
Stilicone belli duce, Honorij q; ſocero arma
to occurente, dum Romam infeſtus conten-
deret, vna cum vniuerſo exercitu in Etruria
ad Feſulas eſt profligatus, imminentem itaq;
Italiæ cladem Stilico diſtuliſſe magis, quam
propulſaſſe viſus eſt, Nã poſt annos nouem,
Theodoſio Iuniore, Alaricus cum nouis Viſi-
gothorum copijs in Italiam venit, atq; per
AEmiliam igne, ferroq; omnia miſcens, Sti-
licone deuicto, Romam peruenit, eamq; pri- 412
mus poſt Gallos cępit, ac direptam multis lo
cis illato incendio deformauit. Honorio Iam
pridem Rauennæ commorante, neq; armis
neq; conſilio ſatis firmo, qui tantam incum-
bentium malorum vim perferre, tantamque
tempeſtatem ſuſtinere armorum poſſet.

Verum in tanta militari immanitate, ac
hoſtili furore illud clementiæ apparuit, edi-

Digitized by Google

cto promulgante Alarico, vt sanguini, direptioniq; quoad fieri posset parceretur, quod magis eo extincto præstitit Athaulphus nobilissimus Gothorum Rex Gallæ Placidiæ Catholicæ piæq; vxoris, ac inclitæ famæ mulieris precibus summopere fatigatus. Verum
450 Italia præcipiti lapsu declinante, tertia iam Barbarorum irruptione vexata, quasi exitiabili quodam fulmine icta ingentem plagam accepit. Sęuissimus enim, atque truculentissimus omnium tyrannus Attila, maximo Hunnorum exercitu ex Pannonia adducto in Italiam introrupit, atq; Aquileia per triennium obsessa, ac tandem expugnata, & Mediolano, Ticinoq; euersis Romam infesto cursu iter intendit; verum à Leone Pontifice exoratus haud vltra progressus in Panno niam se recepit post quadriennium vero cum occiso Valentiniano, Maximus cædis eius auctor occidentis arripuisset Imperium, Gensericus ab Euxodia Valentiniani, quondam vxore, quam Maximus per vim sibi copulauerat, ex Africa occulte accitus cum maximis

mis

Digitized by Google

mis Vandalorum copijs ad Vrbem classe accessit, spreuitq; impius Rex summi Pontificis congressum, atq; imparatã Vrbem aggrediẽs grandi immanitate diripuit insigniq; præda onustus Roma desolata in Aphricam redijt & ita alternis depopulationibus, atq; excidijs infelix Italia fatali ordine per partes lacerata & deformata fuit. tantæ adeo eius opes erant, vt à pluribus nationibus diripi eas semel, atq; iterum eodem seculo oporteret.

Maximo inde eodem anno à suis occiso, vt paucorum annorum, sic exiguarum viriũ Imperatores fuerunt, cum per tumultus Italicos ferè aut necarentur, aut per vim abdicare compellerentur. In Orestem Patricium tandem qui Nepotem imperio spoliauerat res Imperij peruenerunt; Rauennamq; ingressus pertentatis ciuium animis iam satis ad Imperium aspirantibus, copias sistit. Augustuloq; filio Rauennatum tumultu imperatore declarato, Nepotem ab Italia fugat, & Imperij sedem Rauennæ figit. 473

Romani ab Imperatoris electione, ac se-

de ab Oreste, & Rauennatibus elusi, nuntios ad Nepotem in Dalmatiam mittunt, renunciantes se indigne ferre, Rauennates sibi ab Oreste prælatos, & se ipsos contemptui habitos esse, quare communem iniuriam vlcisi studeat. Nepos nihil spei in orientalibus principibus inter se dissidentibus esse cernēs, in Pannoniam ad Odoacrem Herulorum Ducem ire iubet, addens litteras, & preces ne Romanorum postulata abnuat, ne ue potiūdi Imperij occasionem relinquat; cum puero Imperatore, Duceq; proditore, Italis inuiso, non tam bello, quam itineris, atq; aduentus celeritate dimicandum esse.

Odoacer cui in adolescentia apud Athilam militanti, nota Italia fuerat, nuntijs auditis in spem Imperij euectus, solicitatisq; Herulis in Pannoniæ finibus magnas copias parat, ac se se ducem ad inuadendam Italiam illis gentibus præstat. Itur in Germaniam nemine obsistente, deinde in Italiam per Aquileiæ fines irruitur. Panduntur Transpadanarum Vrbium portæ Herulis, omniaq; eorum rapinis

rapinis ſine contradictione patent. Quare Odoacer aſpirantis fortunæ beneficio vſus, AEmilia magna ex parte vaſtata, Romam verſus iter arripuit, & cum Auguſtulus auxilij, atq; Conſilij inops ad eum nuntium in Campaniam abiecta purpura ſeceſſiſſet, atq; vltro ſe imperio abdicaſſet, Romam ingreſſus à populo corona in capitolio ornatus confeſtim Rex Italiæ ſalutatus eſt, ac ita populus Romanus, qui pullulante olim patriciorum virtute regium nomen in ſuis ciuibus inuiſum habuit, atq; aboleuit, vt populare ſibi regimen conſtitueret, nunc mutato ſtudio, eademq; virtute torpente, idem nomen in Herulo Duce inſtaurauit; atq; hoc modo 476
Roma ipſa Italici Imperij erigendi, ac etiam perimendi origo fuit Rauennatum irritata iniurijs. Sicq; infelix Italia ſuarum ciuitatũ ambitione diuiſa, antiquo honore amiſſo, alienum iugum ſubijt, ac ſe perdendam ac deuorandam externis gentibus ſciens, videnſq; tradidit; quæ autem inter tam diras calamitatum, bellorumq; procellas Bono-

nienſium conditio fuerit, in maxima ſcripto rum egeſtate facillimum eſt ignorare; ſed hoc noſtræ videtur felicitatis, ſicut dura tot tyrannorum ſuſtinuiſſe Imperia illorum fuit virtutis.

Romano Imperio ita per arma in occidente deleto, ſicut cæteræ prouinciæ iactari bellorum fluctibus, ac ſæuis calamitatum perturbari procellis ſunt cœptæ. Ita in primis Italia opima potentiori præda futura, vetere amiſſa fortitudinis, ac rei bellicæ gloria, hoſtiles diuerſarum gentium irruptiones per annos amplius trecentos eſt paſſa.

Ex quo varia, atq; anceps Italiæ cognoſci fortuna poteſt, quæ cum virtute Romanorum vniuerſum quondam Orbem terrarum Imperio eſſet amplexa, miſera tamen quadam inſequentium calamitate ſeculorum non Imperio ſolum, ſed omni etiam dignitate ſpoliata diu ita iacuit, vt per multos annos nihil aliud, quam ærumnarum, ac doloris plena ſuam lugere, conditionem ſit viſa, quouſque tandem è longo quaſi ſomno excitata, vete-

res

res resumere animos, & pristina repetere iura veteris scilicet memor decoris, atq; potentiæ cœpit. Neq; enim Odoacer, qui nimia felicitate ipsius dominatum, Regnumq; adeptus erat diu tenere potuit, sed potentiori cedere hosti coactus, breui vna cum Imperio vitam amisit. Is fuit Theodoricus Ostrogothorum Rex, qui cum á Zenone tum orientis Imperatore magnis precibus impetrasset Italiam sibi in Regnum designari, in eam magnis instructus copijs euasit, victoq; Odoacre Rege Italiæ regnum occupauit, Rauenna Imperij sede, aliorum imitatione electa, diuino potius, quam humano consilio, vt Italicũ Regnum iam ad externos translatum à Roma secederet, eiusq; secessu Roma ipsa liberior, aptiorq; fieret ad diuinum, humanũq; Imperium in Petri Apostoli Sede, ac Pontificatu coniungendum, stabiliendumq; Theodorico autem extincto, Amalasunta filia Athalaricum puerum ipsius nepotem ad regni fastigium extulit. Hic iustus euasit in primis, ac Pontificibus Romanis, quanquam 493

Arriano

Arriano imbutus errore, amicus, extat præclara adhuc eius apud Caſsiodorum epiſtola, qua multis verbis Senatui Romano vetera Romanæ eloquentiæ, & iuris prudentiæ ſtudia commendauit, ac publicis earum artium profeſſoribus integra perſolui ſtipendia imperauit. Athalarico autem poſt octenniũ immatura morte ſublato, Amalaſunta Theodato regnum detulit. Qui primis regni annis Theodorici more ęquitate, & fortitudine præcelluit, ad extremum ita ingeniũ immutauit ſuum, vt & Amalaſuntæ, cuius conſilio egregio regebatur per ſcelus vitam ademerit, & Italiam adminiſtrare omni edito crudelitatis exemplo inſtiterit. Quo facto nouis in Ita lia, quę poſt quietura videbatur, bellis, tumultibusq; occaſionem aperuit. Nam Iuſtinianus Vandalis ex Africa, per Beliſarium virum rei bellicę peritisſimum, magna gloria & felicitate depulſis, Italiam ſibi ab impotenti Gothorum Imperio, & fæda Arrianorũ perfidia liberandam ſuſcepit, Belliſario cum ingentibus copijs in Italiam miſſo. Ceſſere

primo

primo aduentu prospere Bellisario res. Nam subito non solum Neapolim, Romam, Spoletum, Perusiam, atq; Vrbinum recepit, sed omnes ferme etiam Liguriæ, Aemiliæ, & Flaminiæ ciuitates, initio deditionis à Mediola- 553
nensibus facto, atq; Ioanne, Iustinoq; Legatis Bononiam missis, vt proximas ciuitates in officio continerent, atq; à Gothorum impressione defenderent, ipse Vitigem virum excellentis virtutis, ac prudentiæ, opinione præstantem, ab obsidione Romæ deiecit, & inde Rauennam in potestatem adduxit, neque multo post Italia varijs ducibus com- 542
mendata, ingenti gloria parta discessit. Quietis inde insigni Bellisarij victoria rebus renouauit bellum Ildoualdus rex á Gothis in locum captiui Vitigis subrogatus. Verum ipso occiso, ac successore continuata morte absumpto, Totilas rem magno Italię malo suscepit. Nam Aemilia, Flaminia, alijsq; prouincijs per arma receptis, tantum Iustiniano de amittenda Italiæ possessione metum iniecit, vt Bellisarium iterum in Italiam cum no-

Arriano imbutus errore, amicus, extat præclara adhuc eius apud Caßiodorum epistola, qua multis verbis Senatui Romano vetera Romanæ eloquentiæ, & iuris prudentiæ studia commendauit, ac publicis earum artium professoribus integra persolui stipendia imperauit. Athalarico autem post octenniũ immatura morte sublato, Amalasunta Theodato regnum detulit. Qui primis regni annis Theodorici more ęquitate, & fortitudine præcelluit, ad extremum ita ingeniũ immutauit suum, vt & Amalasuntæ, cuius consilio egregio regebatur per scelus vitam ademerit, & Italiam administrare omni edito crudelitatis exemplo institerit. Quo facto nouis in Ita lia, quę post quietura videbatur, bellis, tumultibusq; occasionem aperuit. Nam Iustinianus Vandalis ex Africa, per Belisarium virum rei bellicę peritisſimum, magna gloria & felicitate depulsis, Italiam sibi ab impotenti Gothorum Imperio, & fæda Arrianorũ perfidia liberandam suscepit, Bellisario cum ingentibus copijs in Italiam misso. Cessere
primo

primo aduentu prospere Bellisario res. Nam subito non solum Neapolim, Romam, Spoletum, Perusiam, atq; Vrbinum recepit, sed omnes ferme etiam Liguriæ, Aemiliæ, & Flaminiæ ciuitates, initio deditionis à Mediola- 553
nensibus facto, atq; Ioanne, Iustinoq; Legatis Bononiam missis, vt proximas ciuitates in officio continerent, atq; à Gothorum impressione defenderent, ipse Vitigem virum excellentis virtutis, ac prudentiæ opinione præstantem, ab obsidione Romæ deiecit, & inde Rauennam in potestatem adduxit, ne-
que multo post Italia varijs ducibus com- 542
mendata, ingenti gloria parta discessit. Quietis inde insigni Bellisarij victoria rebus renouauit bellum Ildoualdus rex à Gothis in locum captiui Vitigis subrogatus. Verum ipso occiso, ac successore continuata morte absumpto, Totilas rem magno Italiç malo suscepit. Nam Aemilia, Flaminia, alijsq; prouincijs per arma receptis, tantum Iustiniano de amittenda Italiæ possessione metum iniecit, vt Bellisarium iterum in Italiam cum no-

uo copiarum militarium apparatu miserit. Verum ne ita quidem imminentem sustinere ruinam potuit. Nam Bellisarius cum classem Rauennam applicuisset, continuo duces cum parte copiarum ad recipienda Aemiliæ oppida misit. ex quibus Vitalis magna Illyriorum manu secum adducta Bononiam, Gothico præsidio deditionem faciente, recuparauit, ac Totilæ exercitum aduersus se missũ egregiè, quanquam ad Illyrijs derelictus, sustinuit, Nam firma veteranorum manu, & lectissima equitum Bononiensium ala in insi-
543 dijs collocata obuiam progressus, primum occurentem excepit, deinde simulata fuga ad locum insidiarum adductum, conuersis armis fusum, fugatumq; concidit. Verum Totilas interea Romam obsedit, ac tandem cũ Bellisarius grauissimo morbo implicitus opportunum afferre labentibus auxilium rebus non posset, propter summas omnium cibariorum angustias in potestatem redegit, atq; ea demum direpta, & incensa facile tam diræ calamitatis metu Bononiam cum magna Italiæ parte

liæ parte recepit. Theodorico igitur & successoribus Gothorum Regibus, quantum in illa rerum perturbatione, calamitatumque squalore dici potest, summum in terrorem coniectis animis, paruit Bononia, Demum Iustiniano Imperarori, qui victis vario certamine Gothis, & ex cisalpinis Regionibus pulsis per Narsetem, Italiam inuasit, totaq; sub ius, potestatemq; ipsius redacta, per eum administrare instituit, qui Ducis Italię nomine Iustiniani voluntatæ adscito, eidem præesse summo cum Imperio exorsus est. 553

Ad quietem, ciuileq; otium spectare omnia videbantur redacta sub potentissimi, eiusdemq; iustissimi Imperatoris potestatem, ac ditionem Italia, cum repente præter spem, ac cōtra volūtatē omniū initia eruperūt, quibus misere per ducentos amplius annos ipsa est Italia cōflictata. Huic autē malo causam Sophia Iustini Imperatoris vxor attulit, quę malè erga Narsetem animata post tredecim annos iam mortuo Iustiniano, Iustinum maritum, vt Narsetem ex Italia reuocaret, succes-

Digitized by Google

ſorémq; ſummitteret, varijs obiectis crimini bus incitauit. Miſſus autem Longinus, omnia prope, ſiue Imperatoris voluntate, ſiue propria libidine, vetera adminiſtrandæ Italiæ inſtituta mutauit, Nullus itaq; Longino adminiſtrante Senatorius ordo, nullaq; prouintialis præfectura, aut in Vmbria, Etruriaue, aut in Liguria, Neapoliue, aut alibi in Italia, vt aſſueuerat, fuit, ad quam maiorum rerum pondus, quòd à iuſdicentibus explicari nequit, referri poſſet: ipſe deinceps Longinus Italici regiminis expers, neq; vbi de magiſtratu prouidendum, neq; vnde amouenda poteſtas eſſet, ſatis nouerat: neq; ſi nouiſſet ſolus omnino, vt homo erat, tanto oneri ſuffeciſſet ex qua quidem, rerum nouitate euenit, vt plures ciuitates exarchatus inſolentiam exoſę, magiſtratus à Longino petere neglexerint, ſuóſq; ſibi rectores, ac Iudices populi auctoritate conſtituerint. Romam autem adeò de
568 ſpexit, vt Conſulum poteſtatem ſuſtulerit, & Senatum, Ducis eius, quem ipſe Rauennam mittebat, Imperio, auctoritatiq; ſubijceret;

ac

ac Pontificem à Romano clero designatum Exarchi Iuditio confirmari voluerit, quæ cum omnibus grauia, tum Narseti, qui indignatione commotus, quod ipsi Imperium insigni cum contumelia indigno mulieris impulsu erat ereptum, doloris impatiens, atq; vltionis auidus, Alboinum Longobardorũ Regem, cuius strenua vsus aduersus Gotthos nuper opera fuerat ad occupandum Italiæ Regnum exciuit Itaq; in hoc nouo rerum discrimine, gubernaculorum nouitate præcipiti lapsu collabente Italia, Alboinus è Pannonia, electissimis Lõgobardorum, Saxonumq; contractis copijs per Aquileiæ campos in Italiam se intulit, atq; vno impetu præsidijs, e ciuitatibus deiectis, mox Longobardorum in Italia Regem se appellauit, atq; eodem Victoriæ impetu à Ticino Bononiam, à Bononia Romam omnia suæ ditionis effecit. Quo
bello cum Bononia Longobardorum in po- 570
testatem concesserit, non nihil de illius incõmodis potius licet existimare, quam certa veterum auctoritate asserere. Ab hoc enim tempore



ſorémq; ſummitteret, varijs obiectis criminibus incitauit. Miſſus autem Longinus, omnia prope, ſiue Imperatoris voluntate, ſiue propria libidine, vetera adminiſtrandæ Italiæ inſtituta mutauit, Nullus itaq; Longino adminiſtrante Senatorius ordo, nullaq; prouintialis pręfectura, aut in Vmbria, Etruriaue, aut in Liguria, Neapolíue, aut alibi in Italia, vt aſſueuerat, fuit, ad quam maiorum rerum pondus, quòd à iuſdicentibus explicari nequit, referri poſſet: ipſe deinceps Longinus Italici regiminis expers, neq; vbi de magiſtratu prouidendum, neq; vnde amouenda poteſtas eſſet, ſatis nouerat: neq; ſi nouiſſet ſolus omnino, vt homo erat, tanto oneri ſuffeciſſet ex qua quidem, rerum nouitate euenit, vt plures ciuitates exarchatus inſolentiam exoſę, magiſtratus à Longino petere neglexerint, ſuóſq; ſibi rectores, ac Iudices populi auctoritate conſtituerint. Romam autem adeò deſpexit,
568 vt Conſulum poteſtatem ſuſtulerit, & Senatum, Ducis eius, quem ipſe Rauennam mittebat, Imperio, auctoritatiq; ſubijceret;

ac

Digitized by Google

ac Pontificem à Romano clero designatum Exarchi Iuditio confirmari voluerit, quæ cum omnibus grauiq; tum Narseti, qui indignatione commotus, quod ipsi Imperium insigni cum contumelia indigno mulieris impulsu erat ereptum, doloris impatiens, atq; vltionis auidus, Alboinum Longobardorũ Regem, cuius strenua vsus aduersus Gotthos nuper opera fuerat ad occupandum Italiæ Regnum exciuit Itaq; in hoc nouo rerum discrimine, gubernaculorum nouitate præcipiti lapsu collabente Italia, Alboinus è Pannonia, electissimis Lōgobardorum, Saxonumq; contractis copijs per Aquileiæ campos in Italiam se intulit, atq; vno impetu præsidijs, e ciuitatibus deiectis, mox Longobardorum in Italia Regem se appellauit, atq; eodem Victoriæ impetu à Ticino Bononiam, à Bononia Romam omnia suæ ditionis effecit. Quo bello cum Bononia Longobardorum in po- 570
testatem concesserit, non nihil de illius incōmodis potius licet existimare, quam certa veterum auctoritate asserere. Ab hoc enim tem
pore


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

pore Italia in duo longe inter se diuersa Imperia distracta per ducentos annos propter insanam ipsorum Principum, vel dominandi libidinem, vel prauam religionis perfidiã miserandum in modum est lacerata, vt prorsus nescias, cum omnia interea iniuriarum, & cladium exempla in pontifices Romanos, Italasq; ciuitates sint edita, plus ne Greci Imperatores detestanda impietate, an Longobardi Reges efferata libidine Italicis detrimenti rebus attulerint. adeo enim labente imperio barbaries statim, & squalor omnia occuparunt, vt ipsa non antiquis solum institutis, magistratibusq; nudata, sed perpetuis etiam populationibus, bellisq; vastata, ac prodigiosis insuper aquarum illuuionibus summis annonæ difficultatibus, & diris morborũ contagionibus deformata, ita sit, quod miserabile videatur, sui met quasi oblita, cum peregrina sonare omnia, cum in primis aliena quasi lingua, idest latina vti deprauata incæperit, atq; omnino in exterarum, barbararumq; gentium mores, & instituta antiquæ

omnis disciplinæ gloria oblitterata concesserit, ita vt mirari maxime possit, qui Italicarū rerum euentus à prima Gothorum irruptione vsq; ad Caroli magni aduentum contemplatus fuerit, cur in trecentorum & sexginta quinque annorum interuallo exterarum fere semper gentium regna, vel Imperia Italicis Prouincijs dominata fuerint, nemoque ex gente nostra in lucem venerit, qui dominia ab alienis eripere, sibi que vendicare ausus sit, cum prioribus, vt constat, seculis floruerint in Italia viri, non solum suæ, sed aliarum etiā nationum libertatis vindices, & assertores? sed ea non leuis causa fuit, quę à Gothis cœpta latius serpsit, armorum scilicet vsus Italis omnibus summo studio interdictus, te lis è domibus ablatis, vt militiæ desuetudine imbelles fierent, ac imbecillitate torpentes exterorum iugum patientius ferrent, minimeq; ad imperium aspirarent, & si aliquos viros aut ingenio, aut potentia suspectos habuere exteri, aut ex suis ciuitatibus in remotiora loca religarunt, aut carceribus indicta causa,

aut etiam morti destinarunt, vt Symmachi, sed præcipue Boethij Seuerini Romani patricij casus non obscure testatur, qui à Teodorici regis gratia decidens in præceps ruit, ex sola suspicione quod patriæ libertatem affectaret. Hinc factum est, vt neque Heruli sine Gothorum armis, neq; Gothi sine Longobardorum viribus, neq; Longobardi sine Francorum ope euelli ab Italia, depelliq; ab Imperio potuerint.

Sed nemo etiam miretur si prostratis Romani Imperij fascibus externa gens euecta ad Italicum regnum aliquãdo fuit, illis olim nostratibus principibus regno ipso indignis. Nam Mauritius Imperator, cuius proprium erat Romam Italiamq; tueri, non solum eam deseruit, sed & præsidio denudatam Longobardis prope modum in prædam obiecit, militum copias quas in vrbis præsidium aduersus Longobardorum insultus continuerat subduxit, Roma prorsus destituta. Quæ igitur Imperij Romani maiestas, quæ regiminis ratio in eo fuerit, quodq; Imperij ius sibi in

ijs quæ à se abiecit Vrbibus retinuerit agnoscere quisq; facilime potest? quinimo vt Blondus lib 8 primæ decadis exactè refert, cui cõcordãt Sabellicus Platina & alij, Gregorio Põtifici supra vires prouidenti aduersabatur.

Pudeat igitur Græcos viros male administrati Imperij neglectæq; religionis, ac susceptæ hæresis. quando eodem tempore vna inter Longobardos mulier in regno suo pace, & religione firmando, præstantior orientalibus Imperatoribus comperta fuit, vnde exclamari potest; ò Incompensibile Dei Iudicium, quando Constãtinopolitanus Patriarcha ãtq; Imperator in Dei Ecclesiam seruũq; eius Gregorium conspirauere, quando Rauennæ, & Aquileæ Antistites ea ætate in Romanam Ecclesiam cornua vertere ausi sunt, quando Elementa omnia, omnem vim in miserrimam Italiam effũdere visa sunt, vt Paulus Diaconus lib. 3. & 4. ab omnibus approbatus refert, quando Petri nauicula, per pelagi profunda, super vndarum vertices enatare videbatur. Deus mortalium inscitiam, fragilitatemq;

taremq; miſertus, Barbarorum feritatem demulcens, aberrantem gregem in viam ſalutis vertit, alteriq; gregi ſuo vnius matronæ opera, monitiſq; copulauit; Infirmiorem ſexum eligens ad firmandam fidem infirmioribus, Hęc autem Theodelinda fuit Bauariæ Ducis filia ſingulari pietate mulier, quę à Gregorio magno Pontifice fidei firmitatem edocta, monitis ſcriptisq; imbuta, deinde vſu, & exercitatione in Chriſtiana inſtitutione firmata, quæ ſui nominis ſignificatione Deum & delinire indicat, quaſi Dei delinita ſpiritu, Agilulphum regem, ac coniugem ab impietate ad mitiorem vitam retraxit; eo defuncto cōfirmata in regno fuit, Aldoualdo filio adhuc impubere, & regni curis inepto, pace cum finitimis firmata, ad Dei religionem augēdam animum adiecit, magnificaq; templa paſſim ædificauit, & inſtruxit opibus. Quando item Leo Imperator in Orientali plaga tolli, ab
732 oleri, atq; diſperdi ſanctorum figuras, ſimulacra, atq; etiam oſſa nefario iuſſu conatus fuit. Suſcitauit Deus in Lytprando rege Longobar-

gobar-

gobardo singularem in Diui Augustini ossa pietatem, adeo vt Lytprandi regnum quam maxime conspicuum, ac memorabile, piumq; faciat Diui Augustini corporis translatio à Sardinia Papiam. Aedificauerat prædictus rex Insigne templum Diuo Petro in Cœlo au reo, monasterio adiecto, vbi viridaria hortiq; plantarum ordine distincti regium repræsentabant opus, sacra statutis horis duplici Sacer dotum agmine in templo fieri iussit, diuersi habitu, facie, & opibus, concordes verò canticis, & ceremoniis, pro quibus alendis latos agros Rex legauit.

In hoc itaq; templo condidit Diui Augu- 751
stini corpus pius Rex, & ne facile resciri posset, quo loco corpus esset, ferunt Lytprandũ tribus locis effossis, structisq; sepulchris, alibi deinde nocte paucis operi adhibitis iussisse corpus condi, omnibus simul sepulchris eadẽ nocte occlusis, vt certa corporis sede ignorata difficilior in æuum fieret occasio eius perquirendi, rapiendiq;

Quæ igitur maior Lytprandi regis deuo-

tio in diuini hominis ossa fuit, eo immanior Leonis Imperatoris impietas aduersus Diuorum imagines in Græcia efferbuit.

Vnde tanta ò lumen cordis mei, & occultorum meorum in Longobardo rege pietas? nisi quia potens es de lapidibus suscitare filios Abrahæ, & misericordi manu soles prouocare populum in eo qui non est populus, & in gente stulta irritare eum. Et iubente te nullus est tam grauis casus, nullum tam acerbum fortunæ vulnus, quod nō tacita quędam latentis boni comitetur necessitas.

Quare tria bona ex bellorum turbine à Longobardis facta parare visus est Deus humani generis auctor, & rector. Primum fuit, Quod Exarchus Rauennę, & Ducatus Romę qui duo magistratus Orientalis Imperatoris fuerant, annis centum septuaginta quinque, & qui sæpius in summos Pontifices, ac sacrarum ædium violationes ad Imperatoris nutū conuersi fuerant, vterq; ab Italia Longobardā vi, ac manu disterminatus est. Nam Rauēna capta, eiusq; Exarcho fugato, Dux ille si-

mul,

Digitized by Google

mul, qui ab Exarcho Romę pręficiebatur, euanuit.

Alterum bonum est, quod Longobardis plura oppida, quæ olim orientalis Imperij fuerant, suis armis capta, detinentibus, atque Pipino Rege suis similiter armis eodem iure gentium vendicante, restitutio à Longobardis facta est Pontifici, populoq; Romano.

Tertium quod tanti viri corpus Italia habeat, cuius tam præclaram diuini hominis virtutem profundo silentio Ticinum admirans, in Papiam erumpens mirè sibi commutauit nomen, & quasi oceanum doctrinæ, ac eloquentiæ excipiens, præterlabentis fluminis, sit indignatum nomen. Romaque tanto orbata patre, matrem, ficcatis iam torrente voluptatis maternorum oculorum fluminibus, religiosissime custodit. Verum satis Gothorum, exterarumq; nationum gestis distracti, vel potius incursionibus fatigati, ad ea, quæ propiora videntur redeamus.

Longobardi igitur ab initio gentilitatis errore imbuti, deinde si Lytprandum pau-

cosq;

cosq; demas Arrianismi labe infecti, Singulis in oppidis ferme binos Episcopos, vnum Catholicum; Arrianum alterum habuerunt, quo morbo, etsi Bononia caruit, nunquam tamen ab eorum armis ocium habuit, quibus exarchatus infestus assidue fuit, vario tamen belli euentu, vna cum Flaminia in ditionem Imperatoris deuenit, quæ ab Exarcho eius administrata, Exarchatus nomen inuenit.

Paruit igitur Bononia Imperatori, quousque Aistulphus Longobardorum item Rex, Catholicus ille quidem, sed mira prolatandę ditionis libidine inflammatus, Constantino Imperatori Exarchatum eripuit. Cum enim Romanarum partium agros longe, lateq; po-
750 pulando vastasset, post triennium pulso Eutychio Exarcho Rauennam cum toto Exarchatu, in quo Bononia continebatur Imperio suo adiunxit. Qua re elatus, cum Romana aliquot oppida occupasset, ac Romam ipsam obsidione premere institisset, repentina re perculsus, atq; ad rerum desperationem adductus Pontifex Stephanus tertius, cum

ab Imperatore Leone iam diuorum imagini-
bus infeſto omne auxilium deſperaſſet, ad
Pipinũ Francorũ Regẽ ſe contulit, atq; ab eo
opem aduerſus nefariam Longobardi libidi-
nem afflictis Italiæ rebus implorauit. Non
defuit iuſtæ Pontificis petitioni Pipinus. Nã
ſumma vſus humilitate Pontificem recepit,
ſuſceptum fouit opibus, atq; ornatiſſimo cõ-
tracto exercitu in Italiam deſcendens fregit
Longobardorum vires, ac Põtifice in Sedem
ſuam reſtituto, Aiſtulphum oppida Pontifici
reddere compulit.

Pipino indè in Gallias profecto, Aiſtul-
phus, nulla re Pontifici reddita, iterum in Ro
manam ditionem irrupit. Sed mox à Pipino 755
in Italiam reuerſo, etiam Exarchatu eſt ſpo-
liatus, eoq; munere Pontifex max. eſt auctus.
Orientalis Imperatoris poſtulatione reiecta,
qui nimis impudenter petierat ſibi à Pipino
reſtitui Italicas prouincias, quas iam pridem
ſua indignitate, ſuaq; incuria amiſerat. cui
ſapientiſſime ab eodem Pipino reſponſum
dicitur Arma ego ſemel atq; iterum pro ſum-
mo

Digitized by Google

mo Pontifice, Ecclesiaq; ac populo Romano cœpi, vt meo, meorumq; labore, atq; periculo hoc obsequium Deo æterno Domino nostro impenderem, quonam igitur iure conferre in Constantinum Imperatorem debeo, quod Dei, & Pontificis nomine gero?

Dimissis itaq, Græcis Legatis, restitutio facta est Pontifici, populoq; Romano, in qua non solum capta ab Aistulpho, sed etiam ab eius antecessoribus dimissa fuerunt: quæ omnia Blondus lib. 1. secundæ decadis Petrum Lateranensem Bibliotecarium secutus, & Sabellicus, Blondo concors prodidere.

Verum Pipino mortuo Aistulphi inde exemplum sequutus Desiderius ad Regnum post illius mortem euectus, exercitum ad oppida Exarchatus occupanda adduxit. Eo terrore adductus Hadrianus Pōtifex Legatum ad Carolum Pipini filiū, qui postea magnus appellatus est petitum auxilium misit. Cum de Leone Imperatore sperandum non esset, qui iam simulata cum Gregorio secundo Pōtifice gratia postulauerat, vt quemadmodum

ipse

Digitized by Google

ipse in Oriente fecerat diuotum imagines è templis in Occidente deleret. In quo ne dum Gregorium accerrimum imaginum propugnatorem inuenit, verum eam rem tota Italia vsq; adeò forti animo, atq; costanti repudiauit vt Rauennates propterea, & Veneti, & Bononienses, aliæque Italicæ gētes singulari quodam studio pietatis accensæ Pontificem de Imperio Constantinopolitano abrogando, & nouo in Italia suscitando monuerint. Quod cum Pontifex vti js temporibus alienissimum reiecisset, diuino placuit consilio tanti filij, tanteq; dignitatis, iam in occidentali plaga emortuæ renascentiam, paterno, iustoq; Leonis tertij rugitu reseruare.
Carolus igitur firmissimo cis alpes exercitu ducto, fregit Longobardi apparatus Desideriumq; Papiam compulsum circumsedit, ac cū oppido in potestatem adduxit. Quo facto, omnes è citeriore Italia Longobardi, se illius Imperio permisserunt. Italia igitur per arma recepta, Carolus omnes eius regiones, tanquam summus omnium arbiter, pro Iu- rerum
E dicio
773

dicio ſuo conſtituit. In primis autem Romã, & Exarchatum, in quo, vt dictum eſt, Bononia continebatur Pontifici Romano reſtituit. in qua reſtitutione Rauenna olim tumens Imperatorum fauore, ac ſede, ſub Romanam ditionem, atq; Eccleſiam in quam recalcitrauerat redijt. Reliquam Longobardorum, quę fuerat ditionem, nempe regnum Italiæ ſibi, id eſt Francorum regi adiudicauit, & Regionem, quam Longobardi reges in Aemilia, Liguria, Venetiaq; tenuerant Longobardiæ: Flaminiam, quam Exarchi rexerant Romaniolæ nomine voluit appellari: ſcilicet, quod illa pro Longobardis, hæc ferè
776 pro Romanis inconcuſſa fide ſtetiſſet. Quin etiam priuatis ſingulas ciuitates beneficijs ornare adortus, Bononiæ liberalium artium Scholam per Longobardorum tempora intermiſſam reſtaurauit. Atq; ab hoc quidem tempore Bononienſes prima ad diuitias parandas, & vrbem populo frequentandã fundamenta iecerunt. Nam poſtea quam reſtituta, atq; aucta per D. Petronium vrbs fuerat,

nullum

nullum tempus vacuum ab hostilibus incursionibus, bellicisq; detrimentis habuerant. Radagaso primum, deinde Alarico, tũ Odoacro, & Theodorico, postea Totila Romam per hanc regionem infesto cursu, tendentibus, atq; omnia Romanorum sibi resistentia oppida igne, ferroq; vastantibus; demum autem Exarchorum temporibus ab impressionibus Longobardicis nunquam quieti tantis pressi ęrumnis, in tanta tyrannorum lue prope ad interitum erant redacti. At vero exactis Longobardis, ac pace post annos 400. vniuersæ Italiæ parta, rei familiari constituẽdæ, quæ durissimis ante temporibus erat magna ex parte dilapsa, inuicta animi virtute, nulla aduersitate fracta diligentius vacare cœperunt. Cum autem hæ ditiones duæ, vna Pontifici, altera Regi essent subiectæ, factũ est, vt duas, easq; inter se diuersas administrationes sint nactę; Nam Exarchatus ciuitates, vt scribit Blondus, Pontifex, Archiepiscopo, & Tribunis Rauennatibus gubernandas attribuit, regni vero Italici limites, atq; oppida

comitibus, Iudicibusq; eorum, ipsi reges Ita-
liæ commiserunt, vnde Marchiones dicti
fuere, limites enim Francico vocabulo Mar-
chas, eorumq; Rectores Marcharum comites
dixere. Quinetiam extra ordinem Legatos
quosdam in prouintias maiore, quam comi-
tes, cum potestate miserunt. Ex quo vnus-
quisq; per se satis intelligere potest, qui ciui-
tatis Bononiæ status, quæq; eiusdem admi-
nistratio Reipublicæ pulsis Longobardis per
Carolum magnũ inducta sit. Vir certè adeo
pietatis Catholicæ studiosus, ac rei militaris
gloria, rerumq; gestarum magnitudine insi-
gnis, vt á Leone tertio Pontifice, ad cuius de-
801 fensionem aduersus prauam Romanorum,
Longobardorumq; libidinem aduocatus ac-
currerat, occidentis Imperator appellari, &
esse meruerit, vetere post trecentesimum vi-
gesimum quintum annum titulo renouato,
antiquæ iam omnis pietatis, ac virtutis orien
talium Imperatorum obscurata gloria. Quo
vita functo, Ludouicus cognomento Pius,
Carolo patri regi Francorum, eidem Impera

tori successit. qui haud quanquam à spectata patris, auiq; pietate degenerans, concessionē Romanæ ditionis, Exarchatusque Pontifici factam confirmauit, vir obsequentiore certe suorum sobole dignus, etsi enim multa præclarè, liberaliter, ac sanctè gesserit, haud tamen potuit ad eandem vitæ rationem filios traducere, nam Carolus, & Ludouicus minores natu filij Imperij titulum penes fratrem Lotharium esse iniquo animo passi, bellum fratri graue intulerunt, ac maxima vtrinque 845
strage edita, Francorum, & regnum, & Imperium prope ad exitium adduxerunt. Pace quadriennio post conciliata conuenerunt, vt Lotharius cum Imperij titulo Romam, & Italiæ regnum obtineret, atq; ab hoc tempore Exarchatus Pontifici ereptus, à Rege Italiæ, eodemq; Imperatore administrari est cęptus, Itaq; vt Lotharius Romæ comitem ad iura moderanda præfecit, sic Rauennæ etiam & Bononiæ præposuisse fas est existimare.

Fecit igitur Bononia Caroli magni Regis Francorum, similiterq; Caroli successorum, & Italiæ

& Italiæ Regum Imperata, vsq; ad Carolum Crassum; qui cũ ferium nihil ageret, ex otio pene contabuit; & propere facto functus, vacuam filio infanti regiam reliquit. Licet aliquando ob labentes Francorum opes in spē recipiendæ libertatis Bononia fuerit ingressa. Ob idq; cum Ludouicus Lothari j filius, haud ea modestiæ disciplina exercitum longe, lateq; fusum duceret, qua per pacatos amicarum ciuitatum agros ducere oportebat Bononiam progressus, à Bononiensibus attenuatas iam tum Imperatorum opes in Pontificis
850 gratiā despicere incipiētibus, vrbis mœnibus est exclusus. Carolo Crasso inde extīcto, Regnũ Italiæ ad Berengariũ Ducē Foroliuiēsē, qui illud inuasit, est translatũ, aduersus quē, cum Vido Dux Spoletanus, acer illius prouinciæ emulus, insurexerit; dum ius suum tueri vterq; armis conatur, nouis i jsq; grauissimis tumultibus Italiam impleuerunt, quibus plurimum honesti ciuitatum ad dignitatem progressus sunt retardati. Regnum tamen aduersus Berengarium primum obtinuit Vido, vter

que

que genere Longobardi, deinde varia rerum vicissitudine peruenit ad Lambertum Vidonis filium, Ludouicum Regem Prouinciæ, Berengarium, Rodulphum Ducem Burgundię, & ad Hugonem Comitem Arelatensem, vsq; ad alium Berengarium, qui Italiam cum Aldaberto filio omni per decenium edito, præcæteris auaritiæ, superbiæ, ac crudelitatis exẽplo administrauit. Quibus malis Principes Italici conflictati, Othonem, Saxoniæ Ducẽ, Germaniæq; Regem, magnæ tum virtutis, tum summæ potentiæ virum in Italiam aduo- 955
carunt, atq; eius virtute, in toleranda demũ ipsorum tyrannide magna ex parte leuati, eundem Italiæ Regem per Archiepiscopum Mediolanensem instituerunt. Deinde postero per Ioannem 12. Pontificem appellauerunt Imperatorem, ac per eum Berengarium, & Aldabertum prorsus Italia eiecerunt. Atq; hic quidem status Bononiensis ciuitatis fuit qui libertatem præcessit.

Quæ autem sub Berengariorum, ac aliorum tyrannorum dominatione Bononiensium

ſium ſtatus, atq; conditio fuerit, cum per ſe quiſque conicere poſſit, non eſt cur explicare conemur, cum ſæuiſſima proculdubio exiſtimanda ſit. Quamuis tamen ſuperiorum temporum afflicta cladibus, breui tamen inſtituta ſub Imperatoribus, ſiue Italiæ regibus libertate, ampla in primis ac potens euaſit, cum ab his initijs magnos ciuitas ad opes, ac dignitatem progreſſus, & incrementa cœperit.

Redacta igitur poſt tyrannos exactos ſub ius, ditionemq; ſuam Italia. Otho Impera-
962 tor animum ad eius ſtatum Caroli magni inſtituto ordinandum intendit. Itaq; cum intelligeret, Italos, aut inſita ingeniorum ferocia, aut perpetua Tranſalpinorum Imperatorum abſentia in fide, officioq; contineri non poſſe, ita vt obſequium à Carolo magno inſtitutum integrè, perfectèq; præſtarent, haud vltra tendit, ſed eorum pleroſq; liberos, tributarios vero omnes reliquit, ac libertatem quidem in eo fermè ſtatuit, vt magiſtratus, leges, iuriſdictionem, conſuetudines, vecti-

galia,

galia, societates sui intis, atq; arbitri j habe-
rent: seruitutem in eo, vt fideles regibus es-
sent, ne ve contra ipsos arma ferent, atque vt
antiqua tributa scilicet Foderum, paratam,
& mansionaticum penderent. Quin etiam
priuatos homines præcipuis benefici js insti-
tuit afficere, ac speciosis dignitatum titulis in
signire. Si quidem alios feudatarios, alios equi
tes esse iussit, ac nouum in Italiam nobilitatis
genus induxit, quod totum ab Imperatoris
benignitate penderet. ex feudatari js ali j Du-
ces, ali j Marchiones, quidam Comites, non
nulli Capitanei, ali j Valuasores, maiores, mi
noresue appellati. Demum multis salutari-
bus editis legibus communi regni otio quo-
ad potuit, tranquilitatiq; consuluit. Itaq; tri-
plici post hæc tēpora iure priuati, principesq;
vsi sunt, Romano, Longobardo, & Saliquo.
Romanum ab Occidentalibus Imperatori-
bus est conscriptum; Longobardum Longo-
di per eos annos sciuerunt, quibus Italiam
tenuerunt: Saliquum Franci instituerant, ac
deinde in Italiam inuexerant. Atq; ita ali j

F Roma-

960

Romana, alij Longobarda, alij Saliqua lege viuere sunt professi, idq; in publicis contractibus ineundis palam testari fuere soliti.

Quibus ex rebus intelligi potest, post victoriam, Imperiumq; Othonis ipsam totam propè esse renouatam Italiam. Hanc ergo libertatem, hęc iura, has consuetudines, vna cũ plerisq; Longobardiæ ciuitatibus, quantum intelligi potest, ciuitas Bononiensis asciuit, cumq; pro comitibus, Regijs, Consules legere Otho ciuitatibus permisisset, dum à se institutionem, quam inuestituram vocarunt, acciperent, & ipsa cõsulatum instituit, eiusq; magistratus auctoritate diu post Rempublicam gubernauit. Otho enim Frisingensis antiquus scriptor, de moribus Lombardorum differens ait, In ciuitatũ ordinatione, ac Rei publicæ conseruatione antiquorum adhuc Romanorum imitantur solertiam, libertatis vero adeo cupidi sunt, vt potestatis insolentiam fugiendo, consulum potius, quam Imperantium regantur arbitrio, & ne dominandi libidine efferantur, singulis prope annis variantur.

Cęcis

Cæcis tamen vſq; adeo inſcitiæ tenebris obruta ſunt prima hæc tempora, vt neq; per quos, neq; quo potiſſimũ anno hæc tanta ad dignitatem initia facta ſint, niſi leui ex ijs, quæ proximè conſecuta ſunt, ſuſpitione concepta, appareat; Si igitur coniecturæ locus dandus eſt ex ſequentibus maxime actionibus, vt in cæteris liberis ciuitatibus, ſic in hac res omnis publica à principio optimatibus eſt commiſſa, eaq; commune Bononiæ appellata. Huius reipublicę tria conſilia inſtituta, vnum quod conſilium ſpeciale dixerunt, alterum quod generale, tertium quod credentiæ, atq; in his de ſumma rerum omnium, quæ ad ſtatum ciuitatjs pertinerent, egerunt, & ex eorum qui in conſilio adeſſent ſtatuerunt. 964 Legebantur porrò, certò in ea conſilia numero, qui prudentia, virtute, ac diuitijs præſtare cæteris putabantur. Ex quo Optimatiũ fuiſſe reſpublicam videtur. Populus enim vniuerſus promiſcuè non niſi ad concionem vocabatur, quam illi arengum dicebant, in qua aut quæ à conſilijs decreta eſſent, referebantur

tur aut obligationes suscipiebantur; aut cætera huiusmodi agebantur, quę sine suffragi js essent publicè transigenda. Atq; hic reipublicę status, multis post vt res tulit magistratuum accessionibus auctus vltra millesimum ducentesimum salutis humanæ annum prouectus est. Quo tempore altera reipublicæ species est adiuncta, quam illi populum nuncuparunt. Tumq; primum vniuersa respublica commune, populusq; Bononiæ appellata. Verum prioris reipublicæ summus magistratus erant consules, incerto in singulos annos numero, qui more Romano, & consilia conuocabant, & ad ea de republica referebant, & res capitales cognoscebant; Etsi opus fuisset, bella ex consilij decreto suscepta gerebant. Hi ne multitudine negotiorum obruerentur, suos quisque iudices habebant, præter quos fuere consules iustitiæ, qui priuatis litibus cognoscendis vacarunt, & Consulibus ipsis ciuitatis obtemperarunt. Consules mercatorum, & magistri artium, qui mercatoribus, & artificibus de rebus ad mercaturam,

artesq; singulas pertinentibus ius dixerunt,
atq; hæc quidem de libertate sub Othone ma-
gno instituta in tantis veterum monumento
rum angustijs conijcere licet. Qui cum Ita-
lia liberata, Pontificumq; etiam Leonis 8. & 966
Ioan. 13. qui fœde à Romanis lacerabantur,
dignitatem, auctoritatemq; restituisset, de-
mum regno suo lustrando Rauennam venit,
atq; ibi in maximo Episcoporum conuentu
Ioan. 13. Pontifici, Rauennantium vrbem,
aliaque complura superioribus Pontificibus
adempta restituit. In quo eodem conuentu
Clerus Bononiensis à Ioanne ex vetere Leo-
nis 5. priuilegio omni in perpetuum tributo-
rum, ac vectigalium quocunq; nomine pen-
dendorum est onere liberatus. Bononienses
interea studio libertatis elati maiores in dies
gerere spiritus, animosq; cœpere. Itaq; priua-
tas insigni altitudine Turres in Vrbe edifica- 975
re nobilissimus quisque priuatæ potentiæ cau
sa instituit, vt se aduersus hostiles Ciuium
suorum si quando existerent, impetus con-
firmarét. Ac ita res se habuere Bononiæ quo-

usq; Gregorius 7. Pontifex, Henricum tertiũ Imperatorem, Italiæq; Regem, ob id quia pontificia maiestate, auctoritateq; contempta dignitates vendere ecclesiasticas pergeret, ne ditus ille mos mercãdi Ecclesiasticos honores, ac commoda, qui vniuersam fere maculauit Europam, latius serperet titulo Regni Italiæ spoliauit, ac populos iurato Regi obsequio liberauit. Quo facto frequens
1076 est Italicarum ciuitatum defectio ab Imperio subsecuta. Quæ tantum virium habuit, vt propterea sint, qui putent, consules abhoc primnm tempore, quasi receptę modo libertatis vindices in ciuitatibus institutos, ac ita Bononienses eo inuitati decreto à Rege se auerterunt, & libertatem primum amplexi nouam rempublicam ordinarunt.

Et cum Henricus Imperator se à proceribus Germaniæ deseri Põtificis auctoritatem
1077 sequutis videret, consilium ineundæ cum eo concordiæ cœpit, atq; in Italiam transgressus ad pedes Gregorij Canusium ex instituto progressi, se, presente ac probante Mathildæ proiecit,

proiecit; ac veniam, pacemq; vltro, & peti it, supplex, & impetrauit. verum mox à suis, ne ante corruptus, præclara de sententia desciuit, ac temere rem ad arma deduxit, constantiq; Viduæ Mathildæ studio erga Pontificem animaduerso, oppida, ac possessiones eius inuasit, in Germaniâq; procerum dissidio redire coactus, Henricum filium ad res Italiæ tuendas misit.

Henricus adolescens bello in Lombardia continuato, cum alia egregiè gessit, tum Mathildæ exercitum collatis apud Parmam signis fugauit, ac Bononiam in ipso, vt aiunt Victoriæ impetu occupauit. Verum Mathilda tanta tum animi, virtutisq; indole fęmina fuit, qua sexum transgressa immortalem famam sibi peperit, dispersas ex templo copias recollegit, ac multis partibus auxit, neq; ita multo post vrbem, ciuitate egregiè se gerente recuperauit, in quo bello Bononienses, cũ relicto Italiæ rege, Pontificis partes assererent, præclara multa fidei, virtutisq; suæ documenta dedere. Quod in primis non dicam

cum

cum Sigonio, obscura adhuc Bononiensium arma nobilitauit, sed rectius, ac verius iam barbarorum irruptione, ac longo militaris disciplinæ interdicto, desuetudineq; torpentia antiquo splendori restituit, Illustrium enim auctoritate virorum constat, quod per multa ante secula claruerant Bononiensium arma, quando Ocnus Bianorus insignis ille, ac inclitæ famæ vir, hæc ipsa transpadum ferens, multas condidit ciuitates, Etruscosq; tātopere iuuit, inde Bononia profectus iisdem, pugnantis Eneæ contra Turnum rebus, illiusq; crescenti adhuc fortunę summo consuluit auxilio, non igitur obscura extiterant adhuc illius arma, quæ alterius statum tunc temporis infirmum clarescere fecerunt.

Cum autem Vrbanus secundus fluctuantis Ecclesiæ gubernacula suscepisset, Gregorij vestigia sequutus ardentia in Henricum dirarum fulmina pro potestate contorsit, Bononienses, cum Gregorium, Victoremq; Mathilda Duce enixè tutati essent, eadem ad Vrbanum animorum studia detulerunt, atq;

id ei

id ei honestissima Romam legatione missa si gnificarunt. Ita enim Bononiæ in Ecclesiam, summumq; Pontificem amor cum fide indies maior pubescebat.

Quin etiam pacatis Henrici absentia rebus, sed suspensis ad summæ rei euentum animis, rem militarem in hæc vsq; tempora rudem sibi constituendam susceperunt; Vrbem quippè diuiserunt in quatuor tribus, easq; à quatuor antiquis portis Diuorum. Cassiani, Soteris, Proculi, & Rauennatæ appellarunt, ac singulis earum incolis singula templa attribuerunt, ad quæ militiæ causa vocati conuenient, Cassiani, Esaię, Proculi, & Vitalis singulisq; tribunis, singula vexilla dederunt, quęad bellum, cũ vsus posceret, deferrentur. Vnde illi sunt Vexilliferi populi appellati. Cuius diuisionis, & instituti aliquis in hunc vsq; diem vsus in republica manet. Interea Henricus qui rebus Germaniæ constitutis, rursus, exercitum in Italiam duxerat aduerso belli euentu, ac mętore filij in acie occisi, perturbatus transpadum traiecit exercitum,

atq; ab armis diſcedendi, ac tempori cedendi cõſilium cœpit, ea re Mathildis erecta omnia oppida ſua ciſpadum recuperauit.

Quare Vrbanus maximo, ſi Henricus Mathildam ſuperaſſet, periculo leuatus, cum ad
1095 fugandos ex Hieroſolima Saracenos populos impelleret, iterq; in Franciam ad agendũ ſuper ea re conuentum intenderet, per Lombardiam tranſiens cum ſummis ab omnibus populis, tum præcipuè à Bononienſibus eſt excultus qui ad cætera tres etiam equitum turmas ornatiſsimas, quæ illum trãſalpes deducerent, atq; inde reducerent, conceſſerunt. Itaq; ſacro apud Claramontem bello ingenti omnium gentium, regumq; fauore decreto,
1096 poſtero anno in Italiam redijt, ac nouo Romæ conuentu habito tranſmarinam expeditionem inſtituit. Quare Bononienſes frequentiſſimas cohortes ſub vexillis crucem ip
1097 ſam, quam Vrbanus donauerat, inſcriptis miſerunt, quæ vexilla cum poſt modum victricia domum eſſent relata, cum ab alijs ciuitatibus, tum præcipuè à Bononienſi pro publi-

cis

cis putantur insignibus vsurpata.

Dum autem Bononienses per hæc tempora ab externis armis quiescerent, ac priuatis 1109
adhuc vt cœperant turribus aduersus domesticos, vt in liberis ciuitatibus ædificandis studerent, Henricus 4 Imperator, & Rex viuente adhuc patre, qui Imperatoria dignitate sæpius fuerat superiorum Pontificum sententijs spoliatus, Italici regni visendi, eiusq; constituendi cupidus in italiam venit, ac Bononiam pacato agmine ingressus, officijsq; omnibus cultus repetita superioris defectionis 1111
memoria frenos sibi feroci populo imponendos existimauit, atq; ciuibus ipsis præ circunstantis exercitus terrore mussitantibus arcẽ imposuit, eamq; valido præsidio confirmatã reliquit.

Eo profecto, ac præsente armorum metu amoto repente suum, cuiq; ingenium redijt, vnde fremere, atq; præsidium, arcemque sibi impositam indignari. Siccine hanc libertatem 1112
esse vulgo querentes, quam Carolus, & Otho Italiæ tot cumulatam muneribus tra-

didiſſent? quid enim grauius iungi à Berengari js potuiſſe, quam vt arx, & præſidium in Vrbem imponeretur; vt fœdum magis eſſet ſeruitutis iugum, & ſęuum Longobardorum, & Berengariorum Imperium exoptandum ſit? Hæc atq; eiuſmodi alia in circulis à primoribus ciuitatis prolata, incredibile dictu eſt, quanta ad veterem repetendam libertatem cupiditate populum inflammarint.

Itaque ardentibus omnium ad priſtinum decus recuperandum animis, re per principes compoſita, populus iiſdem ducibus, à quibus erat impulſus, certo die ad arcem agmine infeſto proceſſit, atq; impetu in eam facto leui certamine inde pręſidium depulit, ac magno clamore libertatis nomine ingeminando ipſam nondum perfectè munitam à fundamentis euertit.

Arce diruta illa ſecunda cura animum occupauit, vt antiquas reipublicæ conſuetudines reuocarent, atq; Vrbem aduerſus externos impetus diligenter munirét. Quo in officio omnis eſt huius, ac ſequentis anni ope-

ra collo.

sa collocata, vt si Henricus, qui post excessũ Mathildæ, cuius mortem vna cum vniuersa Italia Bononienses grauissimo dolore tulere negotijs Germanicis liberatus, in Italiam magnis copijs traiecturus dicebatur, exercitum ad Vrbem adduxisset, ei resisterent, & qua animi fortitudine libertatem recuperassent eadem recuperatam deffenderent.

Neq; falsus is rumor, qui de Henrici reditu increbuerat, nam proximo anno transijt in Italiam, ac multis subactis ciuitatibus, tandem ad Gubernolum in Padi ripa consedit, vt populorum, qui à se defecerant, caussas cognosceret. 1116

Ea re comperta optimum esse Bononiensis ciuitas statuit, legatos ad illum mittere, qui iram eius verbis ad tempus accommodatis lenirent, atq; eiusdem gratiam obsequio antiquis conditionibus fideli paratoq; pollicendo redimerent.

Missi ex consilij sententia fuere clarissimi viri, adeundi copia facta mandata ciuitatis grauissimis exposuere verbis, scilicet, vt igno

sceret

sceret ciuitati, quæ caussam Dei suscepit, pontificis iura, dignitatemq; tutata est, in quo nisi eius fortasse voluntas violata esset iure gloriari liceret, sed violatam non putamus si quę in Carolo, ac Othone magno integra fuit, in Henrico digno eorum successore integram, ac illibatam persistere fas sit existimare, vterque enim tantum Sedi Pontificiæ tribuit, vt alter ex Gallia, alter ex Germania, semel atque iterum ad vnam Pontificis, quæ premebatur, dignitatem subleuandam armatus accurrerit, sed id nec sola, egit Bononia, sed cũ tota Italia, ideo iure nõ ab ea tantũ pro humanitate Cæsaris expetendæ penæ, arcem subuertit, ne in communi Italiæ libertate, sola acerba seruitute premeretur, à qua pulsis Lõgobardis ab Othone liberata, ita ciuitatibus Italiæ eius nomen inuisum esse sciebat, vt ne Berengarios quidem Italicos post annos ferme ducentos ferre potuerint. Ignosceret populo in libera maximè Italiæ parte nato, & quondam populi Romani terrarum domini colono, & si libertatis amore ductus aliquid

fortasse

fortasse in euertenda arce commisit, praecipua potius indulgentia, in tanta Italicarum ciuitatum alienatione, subleuaret populum Bononiensem liberum commodis eius seruientem, atq; antiqua nō abnuentem obsequia, quam eundem seruum infesto aliquo oneratum decreto, durioribus fortasse eius aliquando temporibus inhiantem habere.

In consiliū rem adhibuit Henricus, deinde siue vt humanitatis opinionē aucuparetur, siue vt belli gerendi cum potente, & parata ciuitate necessitatem vitaret, siue vt Romam ad grauiora quasi gerenda maturius perueniret, legatorum voluntati nihil abnuit.

Ita libertas antiquis conditionibus confirmata, ac tabulę Idibus Maij confectæ quarum exemplum in tabulario publico asseruatur vbi Henricus ciuibus Bononiensibus omnes iniurias, imprimis autem recentem arcis euersionem condonauit, ac eos vna cum fortunis eorum sub sua fide, tutelaq; recepit, priuilegijsq; ornauit. Cum hoc responso, atq; his tabulis ab Henrico legati profecti, lætissimū

Bono-

Digitized by Google

Bononiam de libertate, & gratia Regis nuntium retulerunt.

Quæ res vt optata magis, quam sperata in credibile memoratu est quanta voluptate animos ciuitatis affecerit, ac populum Henrico ipsi tantorum bonorum auctori conciliarit.

Ita Bononienses in dies prosperis rerum
1120 successibus elati, atq; summa Reipublicæ tranquillitate adducti, cum omnes ad dignitatẽ, amplitudinẽq; vertissent cogitationes, ędes publicas, quibus adhuc caruerant consilij habendi causa constituere cœperunt, atq; eas postero anno absoluerunt. Idq; Palatium cõmunis vocatum ad ædem D. Ambrosij fuit, in cuius curia populi cogi concio consueuit. Vnde prospera Bononiensium fortuna vicini populi Rodiliani, Sanguinetani, & Caprilliani permoti ciuitatis consules adierunt, atq; ædificijs quibusdam Ecclesiæ, ac communi Bononiensi donatis, vt in clientelam reciperentur orarunt, & ita ex consilij sententia promiserunt consules quare hic pri-

mu-

Digitized by Google

mus ad parandam quantum ex publicis apparet commentarijs peregrè potentiam à Ciuitate gradus est factus.

Et quoniam clarior post hac fuit Bononiensium status, clarioraq; gesta, res maxime postulat, vt, sicut quæ hoc tempore reipublicæ forma, sic quæ vrbis facies, qui ciuium mores essent breuiter exponamus, vt à quibus initijs, rebus toties immutatis, per incrementa latentia, & subobscura veluti nascentis auroræ lumina, ad tantum culminis fastigiũ sit perducta, & ad præsentem sit elata splendorem facile agnoscatur, cum mirum maxime videatur, quod neq; secundis, neque afflictis Romani Imperij viribus, prouintiæ alicui continuè imperitarit, in eam tamen confluentia tempora dignitatem aduexere, & ad eam amplitudinem gradum sibi, prisco Italicorum reflorescente animo, propria virtute aperuit, vt inter maximas Italiæ vrbes celebretur insignis.

Reipublicæ igitur ratio, vt dictum est, ea seruabatur. Rerum omnium summa penes

tria consilia erat collocata, Spetialæ, Generale, & Credentiæ; itemque penes magistratus, qui & consilijs præfuerunt, & iudicia exercuerunt, quorum omnium quotannis lectio circa Idus Decembris celebrabatur; non temerè enim, & perturbatè, sed ritè in illa superiorum seculorum ruditate, & ciuitas ordine administrata, & arma tractata fuerunt.

Atq; hæc quidem consuetudo consiliorũ eius reipublicæ fuit, quæ communis nomine insignita est. Nam populi quæ fuerit, suo loco dicetur. Magistratus porrò alij ordinarij, alij extraordinarij dicti, qui quotannis in republica creabantur; qui iidem curiæ nomine sunt appellati; Extraordinarij, qui pro re nata alicui negotio agendo præponebantur. Ordinarij fuere præcipuè Consules communis, siue eorum loco Prætor, Consules Iustitiæ, Iudices communis, Procuratores communis, Iudices appellationum &c.

Extraordinarij Legati, curatores, & Sindici.

Consules eodem modo, quo reliquos magistra-

gistratus fuisse Lectos, facile existimare licet.

Prætoris autem legendi ratio certo nume ro ex consilio speciali, & generali sorte lecto comittebatur, quibus non consentientibus ius electionis ad alios ex consilio generali, & credentiæ deuoluebatur, qui si non consensissent, suffragi js horum duorum consiliorũ res permittebatur.

Legebatur autem Prætor ex ea Vrbe, ex qua consilio placuisset, modo ne propinquus esset alicui eorum, qui legerent, neq; bona in vrbe, agroue haberet, & virtute, ac sapientia præcelleret. Lectione perfecta, & consilio renunciata, litterę ad eum, qui lectus erat, publicè mittebantur, atq; vt delatum honorem acciperet, rogabatur, & quo die vrbem inibat ingenti populi studio, atq; occursu ciuitatis excipiebatur, cui? rei aliquã adhuc in republica hærent vestigia.

Prætoris autem eadem potestas, atq; Consulum erat. Itaq; quæ ciuitas consulatus legendi ius ab Imperatore acceperat, eadem etiã (vt creditur) præturæ adepta erat. Ac ita

Bononienses modò consulibus, modò pretori remplublicam pro temporum ratione committerent.

A Consulibus autem ciuibus, ad Prætorē alienigenam se contulisse videntur, vt Ciuiū libertate abutentium gliscentia in dies certamina sedarentur, atq; vt ius seuerius diceretur, neq; tam facile, aut gratia, aut odio cuiusquam flecteretur. Verum cum Prætores plerumq; iuris ignari essent, propterea assessores, ac Iudices legum peritos secum, primū duos, deinde quattuor adduxerunt, per quos non Iudicia solum exercuerunt, sed etiam cōsilia, si opus fuit coegerunt, ac gladio, pileo, & sceptro ad potestatem indicādam ornari sūt vnde etiam vulgo potestates appellari. Præter Consules, & Prætores penes quos summa reipublicę pace, belloq; fuit. Alij etiam ordinarij magistratus rempublicam tenuere. Quorum legendorum eadem prope ratio fuit, atq; consiliorum, quæ leuiter tangere sufficiat, cum nostri non sit instituti; multa enim prætereo suscepti operis modum cogitans.

rans. Imperium militare, aut consuli, aut prætori deferebatur, præfecturæ exercitus erant diuersæ, pedestris, equestris, & populi, & ad extremum etiam carocij. præfecti peditum, equitum, & populi à vexillo accepto vexilliferi appellati, singuli ex suis tribubus sunt delecti, cęterum ex ciuibus, alij pedestrem, alij equestrem militiam exercebant, idq; non magis sponte sua, quam Imperio magistratuum, qui ei curationi erant præpositi. Itaque cum res ordine agebatur singuli eorum, quibus aut pedestris, aut equestris militia imperata erat à suis vexilliferis, vt reipublicæ tempora poscere videbâtur ducti exibant, quod si maiore apparatu res eguisset, vexilliferi populi suam quisq; tribum educebant, tumque populus exisse dicebatur. Nunquam autem ferè fiebat, vt omnes simul tribus exirent, verum modo pedites, ex vna, equites, ex altera, modo vna tribus, modo altera egrediebatur, reliquæ in vrbe ad sua gerenda negotia remanebant. Legislatorum ordinarius nō erat magistratus, sed pro vsu reipublicæ creatus,

qui

qui more Atheniensium veteres leges inspe-ctas, pro suo iudicio aut tollebant, aut corri-gebant, aut aliarum nouarum legum accessio ne confirmabant, queq; ipsi statuerant, ea ad consilia prolata, & post in concione populi recitata, atq; in volumen Iuris ciuilis, quæ ip si adhuc statuta dicunt redacta vim perpetuę legis obtinebant. Atq; hæc quidem ciuitatis, respublicæ forma fere vsq; ad an um millesi-mum ducentesimum quinquagesimum fuit. Iam vero Vrbs duobus murorum ambitibus erat cincta, vno, quo Vrbs antiquissima clau-debatur, altero, quo noua, scilicet quæ à D. Pe tronio fuerat communita. vltra quem subur-bia proferebātur adeo laxa, & tectibus adeo frequentibus, vt alterius instar Vrbis videren tur. Species Vrbis ea erat, quæ oppidorum raptim, ac temere, aut conditorum, aut refe-ctorū esse solet. Nulla in ædificijs ad rationē diligentia, nulla ad diuturnitatem firmitas, nulla ad aspectū pulchritudo inerat. ligneæ maxima ex parte, aut certe ligneis columnis fultæ, etiam nobilium domus erant, atq; ita frequen-

frequentibus, quę accidebant incendijs opportunæ. Quo verò nihil præstabilius summa inter ciues concordia, summo erga rempublicam studio constricta omnia tenebantur. Nondum luxuria ciuitatem quasi à mortuis exurgentem inuaserat, vnde post auaritia, & ambitio ciuitatum omnium pernities prodiere. Mores erant ciuium simplices, & antiqua secula redolentes; verum ad seditionē potius, quā ad Imperiū procliues, vt facile intelligeres eos superiorem magis respuere, quam alijs superiores esse studere.

Gentium dignitas, non tam ex diuitijs, quæ priuatim tum in Italia modicæ erant, quam ex virorum, aut copia, aut virtute, aut militaribus, siue equestribus ornamentis pendebant; Finitimarum ciuitatum eadem fere libertas, sed non eadem potentia omnium quod autem rerum opibus, aut populi frequētia vincerentur, sed administrandæ reipublicæ ratio non plane dispar. æmulatio vero dignitatis, & iuris contentio ab hoc tempore aluit acerba inter se odia populorū. Ex quo

pace

pace inter principes turbata, sæpè fiebat, vt ciuitates contempto palam ipso absentium, atq; occupatorum regum Imperio, liberius arma inter se exercerent, atq; altera alterius insidiari libertati cęperit. Finitimi autem ab Oriente erãt Imolenses, ab Occasu Mutinenses, à Meridie Florentini, & Pistorienses, à Septentrione Ferrarienses, nam Claterna oppidum inter Imolam quondam, & Bononiã situm Bononiensium armis deletum iuri eorum multis ante annis videtur accessisse. Ferrariam enim nouam Vrbem Gothorum ætate Phocas Imperator per Smaragdum exarchum muris primum muniuit. Astulfus inde, & Desiderius Longobardi Exarchis, Pipinus, & Carolus Franci, Longobardis ademerunt, atque Romanæ Ecclesiæ vna cum Exarchatu donarunt. multa sciens cogor omittere, ne singula queq; colligens rerum serie impediar referre, quæ instituto meo potiora esse videntur.

1123 In ijs tamen Lombardiæ, & Italię perturbationibus, quæ ex grauissimo inter Pontifi-

catum,

catum,& Imperium bello exortæ sunt, quo nō Romana solū Ecclesia,sed etiā Italia tota per annos quinquaginta turbata est,lux quędam equidem clara ad amplitudinem assurrexisse Bononiensium ciuitati videtur. qui præter conseruata à rege veteris libertatis, atque antiquæ gratiæ iura,breui annorum interuallo,duos ex suo corpore Pontifices Romanos iura in terris moderantes viderunt, & quod ea tempestate clari quoque Iurisconsulti, Bulgarus,Martinus,Iacobus,& Vgo de porta Rauennatæ ciues Bononienses ius Romanum magna sui nominis celebritate, ac summa auditorum frequentia Bononiensi in Gymnasio docuerint,& primi expositiones,quas glossas vocant in illud scripserint. Ex quo aucta fuit ciuitas incredibili Iuuenum, ex toto occidente iuris Romani cognoscendi causa in Vrbem concursu, cuius tradendi quædamq; quasi mater erat effecta, hinc velut à Literario nido,viri cum auctoritate,& moribus, tū litteris, ac beatissima ingenij vbertate conspicui, ad vrbes,& orbem regendum, & iura

in primarijs locis alibi docenda perpetuo auolarunt.

Vnde ex eo etiam illi alius decor illuxit, Quod cum Fridericus Imperator ſedatis, cõpoſitisq; nutantis iampridem Lombardiæ tumultibus, ne quid in poſterum ſe abſente nouaretur, prouidendum ratus, omnibus ciuitatibus, principibusq; conuentum ad Roncalias (non longè à Placentia locus) indixiſſet, atq; eo proceres, & magiſtratus ciuitatum omnium euocaſſet, prædictorum nobiliſſimorum ea tempeſtate quatuor Iuriſconſultorum Bononienſium Bulgarum, Martinum, Iacobum, & Vgonem, conſilio vſus Italiam conſtituit, Bononia quod nullam Imperatori iuſtę aduerſus ſe iræ cauſſam dediſſet in priſtino iure conſeruata.

Nec omittendum videtur illud eodem tẽpore ad potentiam ciuitatis augendam opportunum, quod multi præteriti bellicalamitate permoti, ex Lombardiæ vrbibus Bononiam cum ſuis familijs, vt in tutum, ac quietum portum confugerunt, atq; omni huma-

nitatis

nitatis genere habiti, etiam post confectum bellum in vrbe cum suis familijs remanserũt vnde plurimum Vrbanæ frequentiæ, & accessionis est adiectum, Quibus rebus, & aliorum populorum ad se transitionibus, & deditionibus, incredibilem sane Bononienses sibi inter vicinos pepererunt auctoritatem. crescenteq; etiam in dies Romanæ Ecclesiæ nomine, ex optimorum Pontificum virtute, ac maiestate, creuit simul multitudo virorũ religionis gratia Romam euntium, indequę redeuntium præcipue ex Gallia, Germaniaq; Galliæ finitima, quibus iter facientibus Bononia semper patuit, atq; hospita fuit, quare maximis aucta Bononia bonis, egregiaq; erga exteros hospitalitate, ac pręcipua erga omnes beneuolentia, & caritate illustrata, eruditissimi, ac exteri viri testimonio bona Bononia appellari meruit, tanquam suis, alienisq; bona sua pandens, præbensq;

Felicibus igitur rerum omnium successibus pace ab Henrico impetrata, ac libertate noui priuilegij largitione firmata ad maxi-

mam dignitatem, potentiamq; profecerant Bononienses cum iterum propter Pontificiā causam aduersus Imperatorem susceptam in maxima incommoda lapsi, aliquantum instituium secundarum rerum suarum tenorem interruperunt.

1159 Hic fuit Alex. 3. priuatis necessitudinis caussis iampridem Bononiēsibus carus, quod antequam maiores adipisceretur honores decreta Pontificia in Gymnasio exposuisset, qui cum Frederico armis non aliter, atq; cum Henrico ante Gregorius decertauit. Quibus bellorum perturbationibus Ciuitates Italiæ internis concussæ dissidijs, in duas partes diuisæ, prauis interse certaminibus initis, ac multis fractæ cladibus ad extremum prope exitium sunt redactæ. Quo circa cum aliorū tum Bononiensium quoque florens tentata fortuna est.

Fridericus enim cognomento Barbarussa, Sueuię Dux, in Regem Germaniæ lectus, vir non solum ad tuenda, sed etiam ad augenda iura imperij natus, cum ad elationem, poten-

sentiamq; Mediolanensium comprimendā ciues vrbe exire iussisset, vrbisq; ædificia ad solum euertisset, reuocata inde beneficiorum suorum erga Bononienses memoria, ac præsenti defectione, qua pro Alexandro cum Mediolanensibus steterant vehementius inflammatus, castra Bononiam versus mouit, eo animo, vt si Bononienses Imperium detrectarent, perinde in eos, atq; in Mediolanenses animaduerteret. Bononienses, vel quod se ad tantam belli molem sustinendam impares, atq; imparatos viderent, vel quod dirum Mediolani exitium ante oculos sibi proponerent, Friderico cædere statuerunt, atque ei obuiam Iuris consultos suos miserunt, vt se pro patria, qua erant auctoritate, & gratia apud eum quibus ipse plurimum tribuebat interponerent, 1162

Qui ad Fridericum profecti, primo constantem ciuitatis erga illum, fidem, ac perpetuam obseruantiam proposuerunt; sumpta inde arma esse non aduersus eum, sed aduersus Victorem, idq; veteri potius necessitudi-

ni,

ni, qua cum Alexandro deuincti erant; quam suo de tanta re iudicio esse tributum. In ambigua Pontificum causa ciuitatem idem sibi licere putasse, quod cæteris multo humilioribus licuisset, vt alterutrum eorum veneraretur, ac coleret. Hoc quando ipsi non probaretur, ne ipsos quidem tam magnificè de se sentire, vt pertinaciter eo præsertim recusante, tueri vellent. Quamobrem non esse cur infesta ciuitati signa inferret, quæ arma pro ipso, non aduersus ipsum teneret, atq; eundem aduenientem togata, non armata apertis portis exceptura esset, & omnia enixe curatura quæ ille imperaret, & quo antiquiora erga ipsum, & antecessores suos Bononiensium obsequia fuerunt, & quasi obliuioni tradita, eo potior, ac gloriosior eorum remuneratio, vel rememoratio existimabitur: cum vetusta etiam offitia, perinde ac si recentia essent præsenti animo, ac liberalitate exciperet, atque rependeret, nullaq; vnquam ætas, aut rerum mutatio, hanc sibi immensam benignitatis
gloriam

gloriam adimere, aut à Bononiæ nomine diuidere poterit. Friderici iram multum, & Iurisconsultorum verba, & voluntaria hæc deditio leniit. Vt tamen aliquod victoriæ, pœnæq; rebellantibus debitæ monumentum relinqueret, muros qui antiquam Vrbem, cingentes adhuc stabant, decussit, fossamq; repleuit, & sublatis in totum consulibus Præfectũ hominem Germanum ad iura moderanda, qui Boccius dicebatur, imposuit. Inde arma ad Romaniolæ ciuitates, quæ Bononiensium auctoritate defecerant protulit. Postero anno quieta ab armis Italia fuit, verum à Præfectis Friderici immanius per auaritiam, ac libidinem tributorum nomine lacerata. Præcipue Bononiæ impositus contra omnia vetustatis exempla Germanus Præfectus, grauissimæ totius ciuitatis animos vulnerauit.

Quam offensionem Boccius non solum moderatione, ac comitate imperandi non minuit, sed etiam vehementius impotentia, atq; libidine incitauit. Nam spetie criminũ alios pecunia mulctare, alios vrbe deturbare,

alios morte afficere instituit, ideo in eum, sic odio incitati sunt, vt ferre non possent. Nec deerant qui publica, aut priuata stimulante causa populum in Fridericum, cuius hæc voluntate fieri arguebantur accenderent; Ferendum non esse dicentes, vt libertatis iam perducentesimum annum summo tot imperatorum beneficio confirmatæ, tanta repente iactura fiat. Age muros discecit, fossam complanauit, quid? non ne hæc ad iram explendã satisfuerunt? etiam nouo more præfectum Germanum imposuit. His vocibus incitati pleriq; ab ijs, quos salutis reipublicæ, aut propria cura tangebat, consilia opprimendi Boccij inire cæperunt. Vnde Friderico Septembri Mense in Germaniam ad delectus haben-
1161 dos, amplioremq; conficiendum exercitum profecto. Bononienses eo acrius ad recuperandam libertatem incubuerunt quotidianorum quippe malorum magnitudine fracti, globo facto, atq; armatis dextris in Boccium publicis in ædibus agentem inuaserunt, & frustra, se defendere conantem multis confectum

fectum vulneribus è fenestris in forũ præcipitem deiecerunt.

Indeq; Consules creauere, quorum auctoritate collegium armorum est institutũ quod Lombardorum dixerunt. Huius facinoris magnitudo omnium in se Lombardię populorũ occulos, animosque conuertit, vt qui iisdem oppressi malis, non idem tamen ad ea depellenda animorum haberent. Itaq; penes Consules, qui tum quinq; fuerunt, respublica fuit, vsq; dum Fridericus, qui cũ anno 1174. animum ad vlciscendos eos, qui aduersus se coniurauerant retulisset, & vt iniuriam à Bononiensibus acceptam Boccio interfecto vendicaret, Bononienses ipsos ad accuratius omnia domi, forisq; curanda impulit, ideo cum terror, cogitatioq; animos omnium occupasset, comitia consularia longe diuersa ratione instituerunt. Nã & septem Consules, quot nunquam antea, crearunt, apud quos mansit potestas vsq; ad annum 1183. tunc enim respublica à Consulibus ad Prætorem est translata. Et cum dies induciarum cum

Friderico pactarum adesset, suspensis de euẽtu rerum ciuitatum fœderatarum animis, opportunè Fridericus conuentum Constantiæ habuit, atq; ibi Henrici filij precibus fatigatus integram pacem Fœderatis ciuitatibus esset dacturus, si legatos eà de re ad se misissent, Bononienses ex templo Prætorem suum Placentiam, quo conuentus erat indictus, miserunt. Igitur Antonius Mandellus Prætor, & Rolandus Guarini, ac Mattheus Rodulphi pro Bononiensibus, cum legatis Friderici pacem certis conditionibus transegerunt, indeque Constantiam perexere, remq; cum Friderico, atq; Henrico præsentibus confecere, ideo in corpore Cęsarei iuris redacta pax Cõstantiæ est appellata. Inde inter Fridericum, & Bonenienses maxima fuit animorum coniũctio, ita vt ipsi bello Cremonẽsi implicito, Prendipartes Prætor auxilio expeditas Bononiensium copias miserit, itaq; perfecto
1185 prospere bello, Fridericus tanta Bononiensium comitate illectus, paulo post lustrata Lombardia Bononiam venit, atq; antiquos erga

se ciuium animos nactus, per Bertoldum Cãcellarium suum Fauentinos imperium detrectantes obsedit.
A Prætore inde ad Consules est reditum anno 1189. licet anno 1192. Gerardo Episcopo propter singularem virtutis, atq; æquitatis opinionem prætura fuerit delata. Qui cum proximo anno ciuitatem ita administrasset, & tantam Iustitię, ac virtutis opinionem habuisset, vt boni, ac moderati rectoris exemplo esse posset, nunc demum mutato prorsus ingenio nouis studere rebus, atq; apertè plebem amplexari, & ipsos insectari optimates incæpit, vnde maximum in ciuitate turbandarum, ac ciuilium dissensionum initium est factum. Re enim animaduersa, ac sæpe in circulis agitata faciendum sibi nobilitas putauit, vt eius conatibus obuiam iret, illo itaq; inscio, consilio in Palatio conuocato Consules duodecim ciuitatis Principes declarati fuere. 1189
Gerardus huius consilij certior factus accurrit magna clientum caterua stipatus, & mi-

nitari per suos optimatibus institit, si quid extra ordinem ageretur, in quo dignitas, au-ctoritasq; sua minueretur. Quibus reipublicæ studiosus, reliquorum ipse incitator, & antesignanus, scilicet huius dignitatem, inquit, auctoritatemq; tuebimur, si ipse ciuis, si prætoris partes impleuit, qui plebem in nos concitare, atq; inueteratum reipublicæ, qua per trecentos amplius annos floruimus, solicitare statum non dubitat, vt prauum sibi ad dominationem aditum patefaciat. Inde pluribus verbis, in mores, & facta inuectus, quibus consules accensi præsenti nobilitatis auxilio ipsum reluctantem è Palatio, foroque cum suis satellitibus exegerunt, atq; infesta persecutione in episcopium cõpulerunt. Vehemẽti, & acri vir ingenio, eo grauius has cõtumelia irritatus, confestim amicorũ cõsilia cõuocat, atq; arma quacunq; potest ratione parat.

Id vbi sensere consules, iam vt in hostem reipublicæ se se accingunt, ac firma nobiliũ, populariumq; contracta manu, ipsum se se defendere cum suis parantem aggrediuntur

prælium

prælium atrox, & pessimi in futurum exempli committitur. Aedes Episcopi à Cõsulibus expugnantur, Gerardus sibi consulere fuga coactus, vna cum suis per cloacam ex Episcopio, ac paulo post mutata veste ne agnosceretur ex Vrbe proripuit, ita Ciuitas maximo in præsens seditionis morbo leuata.

Cæterum sequenti anno kal. Iulij s, quæ sublata videbatur seditio Gerardina recrudruit. Nam factio Prætoris, Prætorem honore, atq; vrbe deiectum dolens, principio tumultus ab altercatione sumpto, impetum in nonnullos aduersæ partis fautores fecit, gustataq; iam in se ipsos sæuiendi licentia, & tactis, pollutisq; semel cruore faucibus, non quiescere, sed dirissimo odij telo saucij, furere, omnia agitare, omnia quatere, globoque equalium facto, in Curiam S. Ambrosij irrumpere, in ea rixa Petrus Scanabeccus dextrã amisit, Scanabeccus Ramponus Lethale vulnus accepit, ibi cecidere multi, alijq; commisso certamine in ædibus publicis ab Hieremeis occisi sunt. Quibus rebus impulsi Consules rursus

in Ge-

in Gerardum arma ceperunt, cuius potissimũ absentis voluntate hæc geri arbitrabantur. Is vrbe abiens cum suis Suresanum Castrum occupauerat, atq; ibi multorum se præsidio continens malum optimatibus intentabat, vni ex Consulibus id negotij datum. Qui cũ cohortibus aliquot armatis profectus Castrũ circumsedit, ac leui negotio potitus, Gerardo dimisso, iniecto igne deleuit. Id tamen prætereundum non est, quod huius propria laus illa eluxit, quòd primus titulo, Principis insignitus est, quo nunc etiam Episcopus vtitur, cũ verò ab Henrico 5. Imperatore consequutus videtur, cum anno 1191. ipsum Bononiam profectum hospitio magnificè, & comiter excepisset, ac ita appellatus iudicatur, quod ex Principibus regni, siue Imperij esset, quos rex cum cæteris ad consilia de republica adhiberet.

1199 Interea sub Consulibus, & Prætoribus manẽte republica non in totum quiescebant arma Bononiensium, nam foris cum Imolensibus, Fauentinis, Mutinensibus, ac Pistoriensibus,

bus, ardebant enim incredibili iam pridem
propagandi agri cupiditate Bononienses, ob
id arma suscepta, ideo assiduę finium contro
uersiæ armis caussam, & ius tribuebāt. Sed me-
morabile bellum illud fuit, quod pro Cese-
natibus contra Ariminenses fuit susceptum.
Acris tamen Cæsenatum defensio, ac magni
fica de tot tamq; Longinquis populis relata 1216
victoria, ciuitatis auctoritatem incredibili-
ter auxit, expressaq; indubitata confessio, vt
Mediolanenses Lombardiæ, sic Bononienses
Romandiolæ armorum potentia Principa-
tum tenere.

Domi vero intestinæ discordiæ cum ma-
xima ciuitatis pernicie exarsere, ita vt aliquæ
familiæ, cum veteres inter se inimicitias exer
cuissent stimulantibus odijs hostili more cō
gressæ sint, magna vtrinque strage edita mul
tis interfectis, ac pluribus grauissimè vulne-
ratis, itaq; quamplures familiæ magnis pro-
pinquorum, & clientum pręsidijs inixè, post
per 40. annos capitali inter se odio dissense-
re. Hęc facta sunt in pace post bellum, ac ita
pax

pax cum bello de crudelitate certauit, & vicit, illud enim prostrauit armatos, ista nudatos. bellum erat, vt qui feriebatur, si posset feriret, pax autem nō vt qui euaserat vinceret, sed vt moriens non repugnaret. Quæ enim rabies exterarum gentium, quæ sęuitia Barbarorum huic de ciuibus victorię ciuium cōparari potest? Fluctuantem tamen veteribus discordijs ciuitatem, licet recentes exceperint dissidiorum procellæ. Gymnasij cura tamen minimè neglecta, floruisse enim hoc tēpore Bononiæ scholam, non est dubium, viuente Azone Iurisconsulto, quo post ius ciuile renouatum nemo maiore cum laude, atq; hominum admiratione, ac Scholarium frequentia, numero ferme decem millium in ea disciplina versatus est.

Cæterum anno 1221. bellum omnium maximum est conflatum, quæ aut Ecclesia cum Imperio, aut cum finitimis ciuitas Bononiensium gesserit, vel si clades vltrò, citròque allatæ, vel si ipsa malorum, quæ inde profecta sunt principia perpendantur, quæ tāta,

ac tam multa fuere, vt hæc vna perdendis Italiæ ciuitatibus, ac Tirannis inducendis viam aperuerint. Hinc enim nouæ populorum dissensiones, hinc insanæ ciuitatum factiones, hinc rerum publicarum mutationes manarunt, quas res nulla vnquam ætas sine maxima priuatarum, communiumq; fortunarum pernicie vidit.

Cur autem Pontificatus cum Imperio rursus contenderit, aut Bononienses ab Imperij auctoritate discesserint, ac bella cum finitimis renouarint, hæ causę feruntur.

Fridericus in vtriusq; Siciliæ regno multis rebus prospere gestis immodice elatus iure 1221
quodam, quod antiquitus iactabat regum Siciliç fuisse, prætentã, Episcopos per Pontificem constitutos remouere, aliosq; pro arbitrio ipse substituere, omnino sacerdotio vexando Ecclesiasticum perturbare statum instituit. Neq; Pontifici monenti, ac perperam id eum tentare docenti obtemperauit. Quamob caussam sacra ab eo detestatione obstrictus est. Atq; hinc primæ simultatum

Digitized by Google

inter Ecclesiã, Imperiũq; origines predierũt.
Bononienses autem Friderici in offensionem, odiumque hoc pacto etiam ob castrum Imolæ euersum inciderunt. Quare cum Fridericus, apertè cum Pontifice, & cum Ecclesia, & ijs qui Ecclesiæ partes tuebantur bellum gerere instituisset, Bonorienses ipsos bellum ab eo formidantes, ad rem militarem accuratius constituendam impulit. Itaque quemadmodum antiquitus vrbem in quatuor tribus diuiserant, ac suum cuiq; vexillum attribuerant, sic agrum vniuersum in totidem partiuerunt, S. Steriæ, seu porta noua, S. Proculi, Rauennatis, ac S. Cassiani, quę nũc S. Petri dicitur. Ab hoc igitur tempore Italia
1227 in duas distrahi partes cæpta, alijs Imperij, alijs Ecclesiæ auctoritatem sequentibus; quorum Guelphi hi, Gibellini illi vocati, quę factiones per multos annos Italiam tenuere, atq; ad vltimum exitium redegere. Hæc nomina ex Germania, vt aiunt traducta, paucis ante annis in Etruria, post hoc tempus in Lõbardia, Romaniola, & Marchia celebrari sũt cæpta.

Digitized by Google

cæpta. Neq; vero solum aliæ Ciuitates Imperatorem, aliæ Pontificem sequutæ infestis inter se armis decertarunt, sed in ipsis etiam vrbibus eo furoris, ac vesaniæ processerunt, vt alij Imperatori, alij Ecclesiæ studerent, atq; se inter se pellere vrbibus, & spoliare bonis inexpiabili stimulante odio niterentur.

Cæterum anno 1228. Vberto Vicecomite Prætore contra ipsum, ac totam nobilitatē penes quos respublica erat, ob Mancicoli Romaniolæ Castri amissionem maxima populi in Vrbe seditio, duce Iosepho Tusco mutandæ reipublicæ, ac populi instituendi initium fuit. Populum autem appellarunt rempublicam in populi potestate positam, cui pręesse voluere pręfectum populi, Antianos, Consules mercatorum, & magistros collegiorum. Antianos quidem in vrbibus Italiæ institutos scribit D. Thomas Aquinas, vt præsidio essent plebeis, perinde ac Romæ fuere Tribuni. Hæc autem popularis respublica, suis & ipsa consilijs nec sustentata, quæ Præfectus, & Antiani sunt moderati, vt illo

 supe-

superiora Prætores, Iudicesq; Prætorum. An-
1244 tiani verò viginti quatuor ex tribubus singu-
lis seni creati sunt. Horum Antianorum, vt
etiam Consulum mercatorum, & magistro-
rum Collegiorũ in hunc vsq; diem vsus in re-
publica manet. Ac ita ex seditione maxima
reipublicę mutatio consecuta est. Sub qua ta-
mẽ prospere arma tractata fuere, tunc.n satis
constat Octauiano Vbaldino Lombardiæ
Legato, ac Philippo Vgone Prætore, antiquæ
studiorum egregiè à Bononiensibus cultorũ
gloriæ hunc haud quaquam spernendum re-
centis decoris titulum adiectum fuisse, scili-
cet Romaniolam fælicibus Bononiensium
armis esse receptam, ac sequenti anno 1249.
bello Mutinensi Hencio, potentissimo rege,
atq; Friderici Imperatoris filio capto, alio-
rumq; equitum Illustrium manu, ac peditum
turba, bello maximo, ac periculoso, aut cla-
dem maiorem illatam, aut victoriam insi-
gniorem partam non esse. Res autem ita ge-
sta est. Hencius Bononiensium expeditione
comperta, qui educto carrocio exierant, atq;
cum

cum ingẽti copiarum apparatu recta ad Scultemnam flumen contenderant, socijs omnibus assumptis cum Regiensibus, ac firmo Germanorum exercitu citato agmine Mutinam venit, sperans se in tempore ad flumen occurrere posse, atq; ibi saltem Bononiensibus trãsitum impedire. Verum coniectura fefellit. Nam eodem tempore, quo ille Mutinam accessit, Bononienses ad Scultemnam peruenerunt, amnemq; traijcere instituerunt. Qua re audita, nullam ille sibi moram interponendam putauit, quin extemplò accurreret, ac, si posset, in tranando flumine occupatos inuaderet. statimq; Mutinensium agmine præcedente aduersus eos egressus est. ad fossam igitur altam, (quatuor millia passuum longe á Mutina torrens, milleq; à Ponte D. Ambrosij.) quanquam accelerans, vix cum suo exercitu occurrit Bononiensibus Hencius, atque vt erat ira feruidus, & ætate, naturaq; ferox, continuo prælium commisit. pugnatum est vtrinq; acriter, pugnaq; variante victoria vsq; ad noctem perducta. Tandem Hencij, ac

Mu-

Mutinensium pars fuso, fugato, ac prorsus profligato exercitu cessit. paucis Syluæ, atq; vrbs ipsa præfugium fuit. Pleriq; in acie aut cæsi sunt, aut capti: inter cæteros tamen qui plurimum Bononiensium virtutem, atque hanc victoriam illustrauit, rex Hencius cum ducentis suorum capitur, & Bosius Douaria Cremonensium princeps; Nam Vido Sessius Regiensium caput, cum temere per noctem fuga arrepta vsq; ad Nosocomium S. Lazari peruenisset, incaute equo in cloacam inpulso ibi est suffocatus. Gerardus Pius, & Thomasinus Gorzanus Mutinẽses equites Illustres ad Canalę Mutinæ inditionem venerunt.

Ita vt Octauianus, ac Philippus re prospere gesta domum redeuntes, ciuitate obuiam effusa, victoriamque insignem gratulante, ac nobiliuin captiuorum ingentem nũmerũ admirante, insigni triumpho, ac veterũ seculorũ triũphis propè equali vrbem inierint; inter captiuos eminebat Rex Hencius dignitate sua, ętate, ac forma conspiciendus; nundum enim vigessimum quintum ætatis,

annum

annum attingebat, & specie oris, ac forma corporis omnes superabat, ex quo in maxima ciuitatis lętitia, misericordia quoq; plerosq; afflictæ præcellentis iuuenis fortunæ quędam tangebat. Rex enim, ac reliqui captiui in custodias conditi. Consilio inde habito, lęge sanctum est, ne Rex vnquam dimitteretur, sed vsq; ad exitũ vitę in custodia publico, ac regio sumptu aleretur, ideo nec minæ, nec nec preces Friderico Imperatori, ac patri pro filij redemptione profuerunt. Et vt tanti beneficij se gratos Deo ostenderent per annos quinq; die festo S. Augustini centum corbes frumenti virginibus Augustinianis præberẽtur, dies enim quo tam præclara parta victoria est, erat diuo Augustino sacer. non illi qui contra flantes hęreticorum ventos, ardore fidei, ac doctrinę perstitit, & inter summos fidei Catholicæ Doctores connumeratur, & primas obtinet, & vniuersus orbis celebrat, et exaltat, & qui eius scriptis doctè, & prudenter Sanctam, Catholicamq; communiuit Ecclesiam, populumque fidelem tanta eloquij suaui-

suauitate docuit, vt lac, & mel vndiq; affluere cernatur, qua lectores adeo captiuos reddit, vt semper ad lectionem alliciat, & nunquam defessos reddat. non inquam illi, sed ei qui tanto nomine dignus, Anglis Gregorij primi iussu Euangelium nuntiauit.

Aucta inde est anno 1255. Ricardo Villa Prætore nouo magistratu respublica, placuit enim, vt quemadmodum reipublicæ optimatum, quam commune vocabant, præerat Prætor, sic popularem, quam populum nominabant moderaretur Præfectus, qui multis ante annis in Iosepho Tusco institutus postea fuerat intermissus. Is vulgo Capitaneus populi nuncupatus est. Ex consilij auctoritate lectus est Iordanus Lucinus, nec deinde ab hoc magistratu creando cessatum est. Partitaq; inter Prætorem, ac Præfectum, ita reipublicæ munera, vt Prætor Iurisdictionem vrbanam haberet, & consilijs cōmunis preesset, Præfectus foris quidem bella administraret, ac domi populi consilia gubernaret, & res cum Antianis agendas communicaret.

nicaret. Interea publicis quoq; operibus va-
carunt Bononienses, ac Pontem nouum su- 1257
per Rhenum amnem lateritium in via Aemi
lia Romanæ nimirum opus magnificentiæ
extrui curarunt,qui in hodiernum vsq; diem
manens,sua longitudine,& firmitate insigne
prætereuntibus præbet spectaculum, & qua-
uis Rhenus interdum fremat,spumans mina-
rum plenus, atq; intumescat, pontemq; eli-
dere vndarum impulsu tentet, solers tamen
Ciuitas sua industria tumescentem aquam
ita coercet,vt pons iam adeptum sua firmita-
te fluminis imperium, eadem firmitate susti-
neat.

Verum vt sunt res humanæ, secundus iste florensue Bononiensium status, non diu perdurauit. Nam hoc tempore longa quadam malorum serie ciuitas ipsa domesticis magis, quàm peregrinis agitata bellorum motibus, quasi ad interitum prolapsa, semetipsam penè perdidit. Perniciosa fuere bella extrinsecus inuecta, sed longe perniciosiora quæ domi in visceribus ipsis exorta.

Clarissimæ enim ciuitates quæ externis viribus vinci nequiuere, suis tamen armis confectæ, facile corruerunt. Ita enim Romani Imperij gloria hac vna re concidit, nec ylla alia.

Potita igitur Aemiliæ dominio Bononia, gloriabunda, ac nimia prosperitate elata, neque domi, neq; foris quiescere posse videbatur. Ideo ægre ferens noua quædam in Adriatico mari vectigalia fuisse imposita, legemq; mari dictam, triennio ferè cum Venetis varia fortuna decertauit, ita vt quadraginta millia pugnatorum aliquando in Castris haberet. sed superati demum Bononienses ea lege pacē acceperunt, vt diruto castello quod in ostio padi construxerant, quarundam rerum liberam eductionem haberent, ostiorū padi custodia Veneto dimissa. Cōuentiones in Ducali Palatio Venetijs per Corradum notarium peractæ fuerunt. Sed infelicius sequenti anno domi inter ciues ipsos decertatum est. Vniuersa enim ferè ciuitas in Ghelfos, ac Gibellinos diuisa, hostilibus congres-

ſionibus ita per duos menſes ſemetipſam la-
cerauit, vt nil aliud quam acerbum belli ſi- 1274
mulacrum, proſtrataq; ac ſepulta ſanguine
corpora per omnes ciuitatis vias inſpiceren-
tur: præualentibusq; Ghelfis, conſtans opi-
nio eſt, quod ex Gibellinis exules facti ſint
virorum pluſquam quindecim millia, quo-
rum primores præſertim Lambertatij, & Aſi-
nelli, & multæ aliæ familiæ cum à Foroliuien
ſibus fuiſſent exceptæ, ducto à noſtris in Fo-
roliuienſes exercitu, erruptione ab illis vali
da Bononienſium exulum ope facta, octo
millia amiſerunt, quorum maior pars truci-
data eſt. Tuncq; Aemiliæ dominium, perdi-
derunt Bononienſes, primaq; omnium Cer-
uia, maximum Bononiæ Vectigal ex ſale ſo-
lita præbere, Venetis ſe permiſſit. Quæ om-
nia Blondus lib. 8. ſecundæ decadis refert,
quē ſecutus eſt Pius 2. Pont. Max. in abbreu.
ad eundem, aſſerentes pariter, eodem tempo-
re poſt fractas apud Foroliuium Bononien-
ſium, Florentinorumq; copias quod Ciuita-
tes Aemiliæ, ac Bononia ipſa modico tribu-

to sub imperatore liberè degebant. non prætereuntes etiam Regem Hencium de quo supra per hos dies senio confectum in carcere Bononię obiisse. Mala hęc maioribus nostris illata, vel à se ipsis comparata recẽsere, ac silẽtio nõ pertransire, iustum videtur, vt simul eorũ caussæ appareãt, ne illiusmodi deceptionis errore capta posteritas pręceps ruat, nã malorum caussas scire, & earum quasi antecessiones mente colligere, summæ prudentię est.

Infelici itaq; rerum statu, ac præteritis cladibus attonita ciuitate, quid aliud restabat, nisi vt cunctabundę pendenti, ac titubanti Bononiæ, illa met tempestate quæ putabatur aduersa, succureret Deus.

Quare ne tantis Ghelforum, ac Gibellinorum malis consumeretur ciuitas vniuersa, in varias sententias inclinãtibus adhuc ciuium
1278 animis, tandem decretum est vt legati ad Nicolaum 3. mitterentur.

Hunc primum, vt odia, ac seditiones inter ciues exortas in perpetuam pacem, ac optimum regimen conuerterent Bononienses

patro-

Digitized by Google

patrocinium, ac eius fidem implorantes adie-
re. Quos cum recepisset Pontifex legatos di-
misit, additis litteris officij plenis, ac gratias
agentibus quod tantum Romanæ Ecclesiæ
confiderent. Itaq; Latino Frangipani Cardi-
nali Ostiensi ex sorore nepoti tunc Etruriam
administrante imposuit, vt id pacis inter com
mune Bononiæ, Hieremeosq;, ac Lamberta-
tios conciliandæ consilium non ommitteret,
ac tranquillam ciuitatem statueret. Quod
idem Bertoldus Orsinus eiusdem Pontificis
ex Fratre Nepos, Flaminiæ, ac Bononiæ Præ-
fectus curare iussus est. extant literæ prædictę
in Biblioteca Vatican. tom. maior. nu. 214.
At non multo post discedente Legato, solus
permansit Orsinus, cuius tamen potestas Præ
torum auctoritatem non superauit. Quod
forte sopitas Bononiensium discordias exci-
tauit. maximis igitur dissensionibus adhuc
iactati ciues, varijs editis pugnis, præualentes
Ghelfi, vna cum tota Ciuitate iam diuturnis
fessa seditionibus Bonifacium Octauū acer- 1297
rimè cum Gibellinis dissentientem inuoca-

runt;

unt, quippe qui tunc sperarent gratioso Pontificis fauore dominandi libidinem, præsertim contra Gibellinos in Patria fouere. Illos æquis auribus audiuit Pontifex, qui licet Bononiæ administrandæ parum cupidus minus libertatem diminuit nullo neq; Prætore, neq; Legato existente, tamen in eorundem, ac Ferrariæ Marchionem componendis litibus multum diligens præstantissimè egit. verum cum ad turbandum ciuitatis statũ vrgentiora euenerint, à suscepta deliberatione recesserunt Bononiẽses. Clemente enim v. Pontifice in Galliam profecto, Pontificiaq; sede, ac aula illo traducta, plereq; Ciuitates Italię varios miscere tumultos cęperunt, præcipuè verò Bononien-
1311 ses immatura Pontificis absentia inuitati veteribus factionum studijs instaurasis, sese ab Imperio Ecclesiæ, quod nuper amplexi fuerant remouerunt, ac libertatis studio rapti, veterem communis, & populi rempublicã renouarunt. Verum quæ ad immutandum de-
1316 nuo ciuitatis statum pertinuerunt, hæc fuerunt Ioannes 22. Pontifex, qui Clemen-

ti V. fuerat suffectus infesta iam pridem popu
lorum defectione accensus, vt Ciuitates Italię
ad antiquum Ecclesiæ obsequium reuocaret.
Bertrandum de Podieto Cardinalem Ostensé
Legatum in Italiam misit exercitu ornatissi-
mo attributo, quo vim facere Imperium detre
ctantibus posset. Eum vero vbi postero anno
aduentare compertum est, Bononienses, No-
nis Februari j cum Caroccio egregiè instructo,
clero, atq; Episcopo obuiam ex vrbe effusi, ma
gno omnium studio receperunt, ac mox con-
silio populi habito, vrbis illi Imperium tradi-
derunt. Bertrandus autem vrbe aduersus
hostes mœnibus confirmata, ad impetum 1336
populi coercendum, Arcem ad portam Gale-
riæ condidit, atq; inde ciuitatem pro arbitratu
suo gerere instituit.

At anno 1334. ciuitatis status de integro
perturbatus est. Quippe nobiles quidam im-
modica Bertrandi pati imperia nequeûtes, mé
se Martio quæsita occasione tumultum in vr-
be ingentem populi inclamando identidem
nomine conciuerunt, cuius metu Bertrandus

exterius

exteritus intra arcem se inclusit. Ea re comperta Florentini Episcopum suum, cum lecta equitum manu auxilio summisserunt, qui cum permittentibus Bononiensibus ad custodiam arcis receptus à Bertrando fuisset, auctor ei fuit, vt vrbem quam tueri non posset, vltro relinqueret, atq; ita illo cedente, arcem Bononiensibus tradidit, ac Bertrãdum incolumem Florentiam vsq; cum omnibus rebus suis deduxit. Illo profecto, Bononienses arcem in ceruices impositam euerterunt, & rempublicam popularem restituerunt. Ea tamen diu vti nesciuere. populus enim magnarum, quas

1337 libertas alebat, discordiarum pertęsus, dominatum vrbis Thadæo Pepulo commisit. Bertrandi Legati expulsionem Ioannes Pontifex indignissime tulerat: verum vlcisci, proxima morte præreptus, nequiuerat. Quare Benedictus 12. successor eius officij id esse sui arbitratus, sequenti anno Principes ciuitatis, nominatimq;

1338 Thadęum ipsum eo nomine coram se ad esse præcepit, atq; vbi auctoritati suæ non paruit, ad Ecclesiastica tela conuersus diuina ciuitati

uitati officia interdixit, ac non nisi post septé menses spe aliqua compositionis oblata restituit. Sequens tamen annus in rebus cum Pontifice componendis frustra consumptus est. Tãdem postero, qui fuit 1340. cum conditiones aliquando conuenissent, Beltraminus Parauicinus Mediolanensis Episcopus Comensis 6. idus Augusti Legatus ab eo venit, ac comiter ab omnibus acceptus, ad prędicatores diuertit. Postridie vero compositionis conditionibus recitatis, nomine Pontificis Vrbis Possessioné atq; Imperium Thadæo ex Populi sententia remittente recepit; ac per aliquot dies eam administrauit, quibus transactis, ipsum Thadæũ nomine Pontificis, vrbis Vicarium in trienniũ declarauit. Vnde Ioannes Pepulus, qui anno 1347. Thadæum patrem dominantem exceperat infestis Clementis 6. Pontificis armis oppressus, triennio post vrbis Imperium tenere se posse diffisus, Ioannis Vicecomiti, Archiepiscopo Mediolanensi, ipso imprimis approbante populo tradidit: qui postero anno Ioannem Vicecomitem cognomento Aulegium 1450

vrbis gubernatorem imposuit, Ioannem Ar-
chiepiscopum Maphæus Vicecomes. Maphæũ
Bernabos in ipso Bononiæ Imperio excepit,
ab vtroque tamen Ioannes Aulegius ita defecit,
vt cuius Vrbis vicariam præfecturam suscepe-
rat, eius liberum sibi Imperium vindicarit.
Sed concepta non diu illi spes arrisit, multa co-
gitante mortali, & alio ea Deo vertente. Berna
1359 bos enim ferendum non arbitratus bellum ei
grauissimum pro recuperanda Bononia mo-
uit. Postero Egidius Carilla Hispanus Cardi-
nalis ab Innoc. 6. Pontifice Legatus in Italiã
ad eos, quæ desciuerant ciuitates ad officium
redigendas profectus, Romandiola in potesta-
tem adducta Bononiæ imminebat.

Quod vt sensit Aulegius, de Imperio suo so-
licitus, atque animo longe à suis auersus, vrbem
ei præmio composito tradidit. Quippe 19.
1360 kalend. Februarias tumultu graui in vrbe con-
flato repente ex arce vexilla Ecclesiæ, ac Egi-
dij protulit, atque Idib. Martij Petrum Nico-
laum Farnesium exercitus Pontificij Ducem
recepit.

Egidius inde die S. Simonis carroccio obuiã
misso honorificè ab occurrente ciuitate acce-
ptus Vrbem introiuit, ac Basilica S. Petri, quã
ex more adierat egregiè munerata, nomine
Ecclesiæ possessionem iniuit, eamq; per mul-
tos post annos rectè administrauit. Præcipuè
autem eius ope Bononienses, Bernabouem
Vicecomitem dominatum vrbis repetentem
propulsant, cum enim bellum cum Bernabo-
ue initum excepisset, tantaui, tantaq; constan- 1361
tia gessit, vt postero anno 12. kal. Iulias præua-
lentis populi armis adiutus exercitum eius dis-
siparit, ac prope delerit. Ea pugna ad ædem S.
Rophilli primo ab vrbe lapide est pugnata, qua-
re rei bene gestæ memoria adhuc seruatur.

Ita vsq; ad annum 1376. maxima tamen
perturbatione peruentum est; nam Bernabos
agro Bononiensi latè vastato, licet inde pacẽ 1364
cum Bononiensibus fecerit, tamen sequenti-
bus annis nouum bellum violata pace Bono-
niæ intulit. Vnde Gregorius XI. Pontifex cõ-
munione, & omni dignitate priuauit. Quam
Florentini, cum Bernabouẽ aduersus Roma-

nam Ecclesiam fœderati ad Bononienses scripserunt, se omnes Ecclesiæ Ciuitates in societatem accepturos, easq; suis opibus defensuros si studium libertatis professæ fuissent, atq; vt ipsi, pro insigni publico nomen LIBERTATIS tulissent. Sin minus, se illos loco hostium habituros, belloq; enixè persecuturos. Hac denuntiatione accepta Bononienses legatos ad Gregorium auxilium postulatum miserunt, qui sine vllo effectu redierunt. Quare cum ipsi, neq; se, neq; Gulielmum S. Angeli Cardinalem Legatum ad tantos sustinendos hostes, pecunia militibusq; satis instructos viderent, sequenti an-
1376 no, tumultu per quosdam nobiles excitato, legatum ipsum vrbe egredi coegerunt, ac republica instituta, nouum statum instituunt; quē statum libertatis vocarunt, 12. Antianos, & Vexilliferum Iustitiæ creauerunt. Qua re accepta Gregorius subito exercitum ad recuperandam Bononiam misit, ac mox ipse cum tota aula in Italiam remigrauit, ac proximo anno pace petentibus Bononiensibus reddita vrbem ipsam recepit.

Reditus

Reditus in Italiam Pontificius omnes populorum defectiones compresisse, seditiones restinxisse, ac plane Italiam diuturnis bellorũ agitatam fluctibus pacasse imperpetuum putatabatur, cum præter opinionem omnium noua dissidiorum materia est oblata, nempe insigne, ac perniciosissimum illud schisma, quod per multos post annos Ecclesiam, atq; Italiam 1378
fatigauit. Nam Vrbanus 6. Neapolitanus v. Idus Aprilis creatus, & Clemens VII. 13. kal. Octobris eidem obiectus in duas omnino partes Ecclesiam distraxerunt, ex quibus Bononienses cum tota Italia Vrbanum, vt verum Pontificem, dominumq; complexi sunt. Quare non quieuere mutationes. Nam Bononienses à Florentinis impulsi 6. nonas octobris prętento Schismate, quod in Ecclesia versabatur, iterum se se fœderatis applicuerunt, ac liberos se non hostes Ecclesiæ præseferentes, statum libertatis redintegrarunt, numumq; aureum percusserunt, in quo ab vno latere Leonem 1380
vexillum libertatis tenentem, cum litteris BONONIA DOCET, & ab altero imaginem cum nomine

mine S. Petri finxerunt. Quod vt Vrbanus audiuit, ægre admodum tulit. Clemens autem aduersarius eius, vt eos ab Vrbano prorsus auerteret, oratorem illico misit, ostendens, se vrbis vicariatum ei liberè permissurum, si se Pontificem recepissent, cui responderunt, se in auctoritate, quem primum coluissent persistere velle, donec de vero Pontifice iudicatum fuisset. Quod responsum adeo gratum Vrbanus habuit, vt eis comitatum Imolę per Philippum
1406 Episcopum assignarit. Verum Ioannes Bentiuolus senior, dissensione ciuium libertate vti nescientium inuitatus, oblatum à populo nomen conseruatoris Iustitiæ, ac libertatis assumpsit; atq; ita opibus amicæ factionis subnixus facile sibi ciuitatis Imperium vendicauit. Postero Ioanne ab aduersa factione in Vrbe capto, atq; occiso, Io. Galeatius Dux Mediolani, qui interim ab exulibus, de industria aduocatus, castra mœnibus applicuerat, in Vrbem receptus, & 4. kal. Iulias dominus acclamatus est. Sed paulo post moriens Ioanni Mariæ ditionem reliquit. Qua re accepta Bonifacius IX.

Pon-

Pontifex, qui Vrbano VI. mortuo fuerat suffectus, indignè ferēs Bononiēses, neq; liberè agere, neq; Ecclesiæ obtēperare, sequenti anno ad Vrbem recipiendam exercitum instructissimum misit; qui ad mœnia progressus, leui certamine edito facile à populo est receptus. Quod vt ille audiuit, extemplo Balthasarem Cossam Cardinalem S. Eustachij, qui legati nomine ciuitatem regeret, destinauit. is tertio nonas Semptembris eam ingressus, post per septennium pro iudicio suo tractauit. At cōmitijs inde subrogando Pontifici Bononiæ habitis XVI. kal. Iunij ipse Balthasar Legatus creatur, & Ioannes 23. appellatur. Is per Vrbē equo insidens, ac stipem spargens Illustri Cardinalium comitatu stipatus incessit, atque in Palatium reuersus, Legatum Bononiæ Henricum Cardinalem Neapolis declarauit. Inde VII. kal. in gradibus S. Petronij coronatus Vrbem iterum eques lustrauit. Demum pridie kal. Aprilis relicto in Vrbe Legato Romanū discessit. Cæterum Ioanne Vrbe profecto, ac præsenti metu eius amoto, Plebs Bononiensis 1410

ex opificibus,atq; artificibus constituta tumultum temerè concitauit: atque legato Palatio pulso,dominatum vrbis inuasit. Nobiles autem perniti osis intacti consilijs plebem in Imperio esse animo iniquo ferentes, conspirationem inter se,eo qui insecutus est anno fecerũt, ac nouo tumultu conflato dominatum illi eripuerunt,eumq; Pontifici reddiderunt, isq; tũc Cardinalem Fliscum Legatum misit: qui pridie kal.Nouembris 1412. iniuit. Verum à noua reipublicæ mutatione incepit annus 1416. Bentiuoli enim ac Canetuli, Ciues tum in vrbe opibus eccellentes, simulatq; Ioanni Pontifici abdicato neminem suffectum propter dissidium Cardinalium cognouerunt, pridie nonas Ianuarij impetum in Palatium cum parata factione fecerunt, ac Legato exacto statum populi reduxerunt. Quod ægre ferens Martinus v. qui inde in Constantiensi concilio Pontifex fuerat declaratus, priorem erga Bononienses animum immutauit, & cuius ciuitatis certo se tributo contentum fore à principio ostenderat, eius integrum Imperium postulauit.

stulauit. ac Nicol. Albergato Bon. Episc. Oratori ad se à ciuitate Florētiā pro rerū cōpositione missō tātū abfuit, vt quidquam ex ijs, quæ petebantur concesserit; vt ipsum etiam reuocarum sacris ciuitati interdicere iusserit, Quò mandato exhausto Nicolaus, vbi se animos offendisse ciuium sensit, vrbe secessit. Martinus autem cum per legatum vrbem recipere minime potuisset exercitu ad eam oppugnandam immisso 12. kal. Augusti 1421. ad obsequium reuocauit. Indeq; Gabriel Condulmerius Martini Legatus vrbem iniuit. Anno autem 1428. Canetuli ciuitatem ab auctoritate Ecclesiæ pulso legato iterum auocarunt, statumq; libertatis instaurarunt, illi incommodo maturè occurrere properans, Nicolaus Episcopus penè in ipso tumultu populari occubuit. Qua re accepta Martinus adeo ira exarsit, vt ciuitati sacra interdixerit, bellumque redintegrarit. Magistratus autem ciuitatis Centum, & Plebem oppida bello illi opportuna futura repetere cupientes, Nicolaum ad se venire, vt abeuntem reddere cogerent, imperarunt. Ille

verò re prouisa, indignitate, periculoq; permotus, vrbe occultè discessit. Liberum tamen vrbis dominatum deposcens Martinus nunquã adeptus est, licet tertium Bononiensibus intulerit bellum. Quo ipsi irritati Monasterium S. Michaelis, licet optimè ædificatum, ne in potestatem hostium perueniret, inflãmauerunt, atq; Oliuetanos intra mœnia receperunt. Eugenius autem 4. Pontifex Martino mortuo subrogatus optatam Bononiensibus pacem reddidit, atq; æquis conditionibus vrbem recepit. Integrum tamen vrbis dominatum non obtinuit, nisi post septem annos, quam Canetuli à Martino ciuitatem auerterant. Itaq; pro-
1435 ximo, Florentia, vbi diu Roma pulsus manserat, Bononiam benignè ab omnibus acceptus migrauit, atq; in die Assumptionis Sacra in Basilica S. Petronij fecit, & post etiam Iustis ibi Sigismũdo Imperatori mortuo persolutis Ferrariam ad Concilium abijt.

Verum in breui mutatio secuta, nam Populus à Præfectis Pontificis male habitus pristinum libertatis statum instaurauit; sequenti ve-

ro, comperto vicinos Principes occulte aduersus se cum Pontifice coniurare, Nicolaum Picininum, Philippi Mariæ, Mediolani Præfectum, libertatis custodem, atq; vrbis gubernatorem asciuit: qui Vicarium suum Franciscũ filium misit, quem cum Populus comprehendisset Præfecturam, vrbis superbè, atq; impotẽter ita gerere, vt omnibus appareret, ipsũ, haud dubiè ad tyrannidem aspirare, Pridie Assumptionis Aloysium Vermium Ducis item Mediolani Præfectum qui cum infesto exercitu ad Nicolaum in Marchiam transiens ad Castrum S. Georgij sederat, valida impressione facta terga dare coegit, ob id lętitia elatus populus, per triduum meritas Deo gratias egit, ac pompam, & oblationem annuã ad oratorium Sanctæ Mariæ in Monte instituit.

Inde Francisco cum captiuis suis viris nobilibus permutato, Galeriæ arcem recepit, ac solo æquauit, statumq; libertatis restituit.

Nicolao tamen v. Pontifice sedente ciuitas tertio Idus Iuni j 1447 missis Romam Legatis insignibus libertatis retentis pacem tandem

Ducis

eum Pontifice confirmauit, & se Ecclesiæ fidele obsequium præbituram iurauit, de quo nulla publicæ gratulationis officia fuere omissa. Fluctuantibus tamen adhuc ob præteritas dissensiones ciuium animis, ingentes contentionum procellæ exortæ, dispari affectuum motu certabatur; vim aduersam venti augebat maximus exulantium ciuium numerus; vnde grauia facinora, etiam in Ecclesiasticos perpetrata; ob id læso Sum. Pontificis animo, ac de coertione cogitanti, misere Magistratus, ac Senatores Ludouicum Bentiuolum spectatæ prudentiæ, ac probitatis virum ad animũ Pontificis leniendum, qui profectus mirifica comitate, nedum omnem vlciscendi voluntatem ex Pontificia maiestate deleuit, verum eius animum ita sibi deuinxit, vt sacri gladij munere, quo Reges, ac Summi Principes exornari solent fuerit decoratus, ac comitatus honore insignitus. Quietæ inde res Bononiæ fuere, donec Iulius 2. Pontifex Ioannem Bentiuolum armis exegit altius, quam capere priuati ciuis fortuna posset, auctoritatis sibi fastigium

 ascis-

asciscentem, cuius extraordinariæ potentiæ principium fuit; quia Paulus 2. Pontifex eidē Ioanni Bentiuolo homini post mortem Sancti Patruelis, & tutoris sui longe in ciuitate opibus, clientelisq; præstanti, honoris, atq; amplitudinis causa concessit, ut semper in magistratu, collegis licet variantibus, permaneret, quo factum est, vt Iulianus à Ruuere tunc Episcopus Bononiensis, Comitum [illegible] à familia commigraret, quod Ioannem Bentiuolum; iā tum ferre non posset elatè nimis in Vrbe Ecclesię se gerentem. Quare vbi primum Deus; dicto Iuliano sub nomine Iulij 2. dedit iura Christianorum populo ex sede celsissima moderari anno 1506. xii. kal. Septembris, vt erat altissimo animo præditus, Romæ frequenti Senatu denunciauit, se omni ope sua Bononia exturbare Ioannem Bentiuolum decreuisse, vt qui iura publica vsurpasset ac maiores spiritus, quam pro modo priuati hominis in ciuitate Ecclesię gereret, nisi Romam veniens se se totum auctoritati, atq; arbitrio Pontificio permisisset. Qua sententia à Patribus ap-

probata, mox idibus Septembris coram se adesse hominem iussit. Quod ille facere detrectauit. Quare mense Octobri cum instructis copijs ad Vrbem quæ non dedebatur, oppugnandam accessit, ac Gallorum copias Mediolano in societatem belli vocauit. Ioannes autem, vt se vndique premi sine vlla opportuni spe subsidij vidit, ad resistendum impar Calendis Nouembris cũ tota familia cessit. Solito infelici eorum euentu, qui magnorum principum aura clari honoribus, primatuq; funguntur, leui enim rerum motu aura in procellam versa à sedibus dei jciuntur. Sequenti die coacto Senatu, primoribusq; Ciuitatis, quid in eo rerum statu agendum esset consultum fuit. Præclara Iulij virtus, amorq; patriæ impulit, principatum de quo toties armis decertatum erat, eidem armato deferre, quod & quiescenti spõte obtulissent. Oratores itaq; ad Pontificem misere, pacemque ac patrocinium obtenta à censuris absolutione petiere. Hoc nuntio lętus Pontifex statim Cardinalem S. Petri ad Vincula Legatum misit, ac Cardinalẽ de Roa-

no,

rio, qui ab authoritate Apostolica interdictum, ac censuras, ciues absoluendo tolleret. Interim Ciues, in tanto eo quassæ ciuitatis motu animo non imminuti, verum ex sola virtute præsidia quærentes, Gallorum copijs pace composita non acquiescentibus, sed de vastatione, ac præda cogitātib?, ciuitatē oppressā esse iniquo animo sustinētes, canale Rheni inter Portam S. Felicis, ac Sarragotiæ præterlabente obstructo, castris, impedimentisque aquarum inundatione obrutis, Gallos ipsos iam impressioni ad murum aduentantes fœde, misereque expulerunt, ac senatu qui de præstando illis victu iam deliberauerat à regimine summoto, viginti ciues elegerunt, qui Ciuitatem, aduersus exteros, & domesticos perturbatores vsque ad Iulij Pontificis aduentum vice Senatorum tuerentur, inter quos Nicolaus Dulcinus gentilicius noster (liceat sine affectu testimonium reddere virtuti) honoris suas tulit partes: familiæ enim splendorem non minus proprijs adauxit virtutibus, quàm nobilitati fidem antiqua astruant documen-

cumen-

Itaque Iulius victor die Sancti Martini triumphali pompa Vrbem iniuit, omnibus Cardinalibus, imprimisq; Ferrerio Episcopo comitatore stipatus, ac procerum omnium liberalibus officijs; atq; vniuersæ obuiam effusæ ciuitatis excultus, ac Basilica S. Petri de more visitata in Palatium adijt. Indeq; Ciuitatem, Senatorum numero ad quadragenos adaucto, ita constituit, vt populo Bononiensi nequaquam pænitendus extiterit; eius enim inuicta, admirandaq; prorsus animi magnitudo, præter armorum gloriam, restitutumq; amplissimæ maiestatis, fœdè antea conculcatæ, obscurateq; scelere Tyrannorum decus, pacis etiam artibus nobilitata est. Bentiuoli autem amissionem Bononiæ ægre ferentes, sequenti anno illam se armis recipere velle varijs editis certaminibus iactarunt. Sed rumore illo peruulgato, Ioannes Stephanus Ferrerius Episc. trepidanti populo auctor fuit, vt gratias Deo ageret, atq; in festo S. Petronij omnes reliquias ad eius Basilicam ad excitandam populi religionem deportaret. Sæpe tamen hijsdem temporibus

bus ciuitas assiduis belli terroribus afflictata est, Annibale Bentiuolo castra cum Gallis in agro metante, atq; omnia infesta circunquaque habente. Cum autem is quinto kal. Nouembris vsq; ad mœnia peruolasset, Franciscus Alidosius Cardinalis monuit, vt per vnũ diem ciuitas Deum pro salute publica obsecraret, atq; imaginem Beatæ Virginis cum sanctorũ capitibus gereret. Quin etiã signa duodecim Apostolorũ argentea lata sunt, quæ Iulius secum habebat. Ita precatione concepta Bentiuoli à mœnibus discesserunt. Verum 13. kal. Iunias Annibal Bentiuolus ex castris vltro ab amicis Porta S. Felicis refracta vocatus ad Vrbem accessit, & sine vlla contentione recepit. 1510 1511

Franciscus vero Cardinalis Papiensis Episcopus, & Legatus, cum ea amissa Rauennam se ad Iulium anxius retulisset, 10. kal. Iunijs in via à Duce Vrbinate belli præfecto, Iulij fratris filio, est interfectus. Acerbo hoc casu perculsus Pontifex, amissæq; Bononiæ dolore exestuans Romam discessit. Ac Idibus Iulias exercitum ad recuperandam Bononiam misit, diuq;

sit, diuq; acriter Hispanorum vsus auxilijs oppugnauit. quo bello omnes Ecclesiæ, atq; monasteria omnia extra vrbem sita, aut prorsus, aut magna ex parte vastata sunt. Vrbs tamen ipsa ne hostili furore quateretur, ne ve vnius factionis crimen, vniuersę ciuitati militaret ad pęnam, protectionis suæ singulare munus Deipata Virgo mirabiliter aperuit, eludens in-
1512 signe hostium machinamentum, quo Hispani Vrbem obsidentes sub muro Baracani suffoderant puluere tormentario indito, nam & si cuniculum admoto igne conceperit, non tamen naturali vaporis impetu murum poiecit, vel labefecit, vt spe nitebantur, licet ad portentosam eleuationem valde succreuerit, exercituum oculis aditu patefacto. Ex quo aucta religio ciuitatis erga Imaginem Beatæ Virginis ibi depictam, Oratorio ad omnē magnificentiam exornato, in hunc vsq; diem maxima Bononiensium pietate colitur. ac ita tumultibus bellicis fatigata ciuitas, vltimam tandem Dei, ac Beatissimæ Virginis beneficio quietem est consecuta.

Vnde

Vnde exclamari grati animi studio potest. Felix Bononiæ conditio, quæ arcem accersiuit è cœlis, qua in terris munita, fideli populo immota permaneret pacis iucunditas, ideo non in angusta muri parte coarctatur, sed totam circumplectitur ciuitatem, fixoque inter portarum spatia pede, stat pro ciuibus vigilans propugnatrix, vt clausis bello premente osti js, diuina è porta Cœli pateant auxilia, nec salutaris deest cohors, non militum vallata agmine, sed Angelorum firmata præsidio, non enim assistenti Reginę Angelorum, Angelicæ possũt deesse excubiæ, vt intactus ager, stetq; inuicta Ciuitas etiam regi js cincta legionibus. Sequenti enim anno tertio Idus Iunias Annibal, ex quo se vltra sustinere non potuit iterum Vrbem reliquit. Ita possessi one eius à Iulio pridie Idus sine vlla hostili calamitate recepta, Achilles Crassus 8. kal. Augusti vrbẽ solenni Episc. pompa iniuit, primaq; sacra confecit, atq; instaurata orientali aula, quam Galli, qui à Bentiuolis aduocati vrbis præsidio erant, in episcopio hospitantes inflamauerant

simulq; Ecclesia constituta Romam discessit, ac proximo anno morti Iulij Pōtificis, & Leoni x. comitijs adfuit.

Hic tandem prætereundi non sunt duo regij congressus, quibus ciuitas maxime illustrata fuit. Primus quo Leo x. vrbem hanc insigni colloquio cum Francisco Franciæ regi ibi constituto nobilitauit: ad quod cuncta prope
1515 Italia conuolauit v. Idus Decembris Leo pompa Pōtificia inijt. iij. Franciscus regia. Is postridie rem diuinam in basilica S. Petri audiuit, ac biduo post Leoni sacra in basilica S. Petronij apparatissime facienti operam dedit. postero Sepulchrum S Dominici, & sanctas Prædicatorum reliquias visitauit, atq; in Palatium reuersus omnes scrofulis laborantes regia, eaq; antiqua auctoritate signando, præcipuo Dei beneficio plerosq; sanauit. Secundus nobilis congressus inter Clem. 7. Pont. & Carolum v. Cæ-
1529 sarē est indictus, ad pacē inter se præsenti dextre pignore sanciendam, & Carolum insignibus Augustalibus honestandum. Quæ res vt in vulgus emanauit, vix dici potest, quot ex omnibus

ribu terrarum partibus mortalium in hanc vrbem attraxerit, insita omnibus cupiditate videndi congredientes duos potentissimos terrarum principes, mutua sibi post diuturnas simultates officia amicè præstãtes. 9. kal. Octob. Clemens vrbem inijt ingenti rerum apparatu à ciuitate receptus, ac Nonis Nouembris Carolum maiore cum togatorum comitatu, militumq; ingressum, atq; ad se adorandum accedentem de more pro gradibus S. Petronij sedens excepit. Inde sequenti millesimo quingentesimo trigesimo in die S. Matthiæ ipsum Imperatorem Augustum imposita in basilica S. Petronij Augustali corona magna populi gratulatione appellauit. 1530

Ab hoc tempore pacatis rebus, sedatisque tot procellarum fluctibus, qui per multa retro tempora Felsineum nomen, ciuili, ac externa rabie prope ad interitũ sęuissime exagitarant, ciuitas vsa est Republica in hunc vsq; diem insigni æquitate Principum, & moderatione ciuium tranquillata, simulq; manca libertas à tenebrosa potentiæ sede depulsa, meliore fato,

vel

vel potius secreto diuini ordinis iudicio in recto, claroq; libertatis throno tuta conquiescit. Ex quo templa, ac Monasteria omnia magnificentiore opere instaurata, atq; vrbs tota ingentia ad opes, & dignitatem accepit, omnibus florentibus pacis artibus incrementa. Id solum anno 1590. noui in republica contigit,
1590
nam Sixtus V. Pontifex senatorum numerum ad quinquaginta adauxit. In qua reipublicæ forma, & senatorum numero decori, ac splendori huius venerandæ matris semper vigilantium, sub sanctissimis Pontificibus, in sancto matris Ecclesiæ nido tuti plumescimus, & alas charitatis alimento sanæ fidei, studia, artes, bo
1625 naque omnia Illęso virtutum Vrbani Octaui candore nutrimus, in velamento alarum Deiparę Dominæ nostræ sperantes, quam à Felici excubiarum colle iugiter prospicientem, viãque à semita mortis ad vitam dirigentem, suppliciter exoramus, vt firmam illam diuinæ mẽtis incomprehensibilem bonitatem, cuius legibus in æuo stantibus, motus instabilis rerum mutabilium perturbatus esse non sinitur,

fre-

Digitized by Google

frenisq;circumeuntium ſeculorum ſemper ad ſimilitudinem ſtabilitatis reuocatur, materna pro nobis obſecret pietate, ne huius mundi tenebrę, anguſtusque carcer ſuam nobis faciant delectationem, ſed muniti armis lucis quæramus regna æternitatis, & claris pietatis artibus aditum nobis aperiamus in Cœlum, vt à glorioſa feliciq; vrbe, quæ ſcientiarum ſtudio maximè creuit, ad glorioſiſſimam, feliciſſimamque Dei ciuitatem in Verbo clarè videntem omnia, læti tranſeamus, & militantis Eccleſiæ preſſurę, in cœleſtes euadant triumphos.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

A

B

a Chri-

linis

Qui

Vnde

Lvtpran-

L

M

N

Digitized by Google

Ro-

Digitized by Google

pag.	lin.	Errata	Correcta
11	13	[illegible]	tumultus
18	17	at tandem	ac tandem
	21	dirpta	direpta
21	13	ect issimis	lectissimis
22	18	ita sit quod	Ita sit vt quod
29	14	æloquentiæ	eloquentiæ
	21	propioria	propiora
33	5	diuotum	diuorum
42	2	dq;	idq;
43	19	optimatium	optimatum
	20	respublicam	respublica
50	10	populis, tum	populis honoribus
62	19	refectoru	refectorum
69	14	cędere	cedere
72	1	instituit	instit[illegible]
73	7	occulos	oculos
	9	discecit	dificit
74	6	dacturus	daturus
98	13	ad eos	ad eas
112	10	eiu	eius

Alia exprimente, ac currente prælo irrepta per se corriget benignus Lector, meisq; ignoscet, meliori namq; iudicio cuncta subijcio, reprehendenda enim & ipse reprehendendo, vnde mecum aget qui censorio, ac veriori stylo denotabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

